





Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.  
LN 811 8° copy 5






Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.  
LN 811 8° copy 5




Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.  
LN 811 8° copy 5





Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.  
LN 811 8° copy 5





Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.  
LN 811 8° copy 5

1-307

DA BOX

*Old Latin Book.*  
*1566 & Cover 1569*  
**WURTEMBERG.**  
**1900.**

*L.N. 811. ...*  
*L.N. 821. ...*  
*L.N. 804. ...*




LN 811 ex. 5

LN 821 ex. 3

LN 804 ex. 3









C  
IN  
LAM  
COI  
S

NICOL



In Christo fu  
cognitionis a

A N N

LN 811  
v 5



COMMENTARIVS  
IN EPISTO  
LAM PAVLI AD  
COLOSSENSIS,  
SCRIPTVS

A  
NICOLAO HEMMINGIO.



*Dante Katharina Bib  
pos. deo.*

*Clauckius  
mm. J.  
Hafniae 1648.*

COLOSS. 2.  
In Christo sunt omnes thesauri sapientiae &  
cognitionis absconditi.

VITEBERGAE  
ANNO M. D. LXVI.

LN 811  
ex 5



ORN  
VIRO, F  
ETATE F  
stanti Canuro  
Regiæ Maiesta  
Præfecto telor  
Roschilde

Gratian

NICOLA

**E**tenim  
tu  
sum

moꝝ morum n  
videret pueru  
tis singularen  
re, interroga  
Πῶς καλεῖται  
hoc est, Vbi  
homines? C  
verecundus



Kay Hoegs Samling  
1970.

LN 811  
ex 5



ORNATISSIMO  
VIRO, PRVDENTIA, PI  
ETATE ET VIRTUTE PRÆ  
stanti Canuto Petri Suenburgio, primario  
Regiæ Maiestatis scribæ in arce Hafniensi,  
Præfecto teloniij in Scania, ac Canonico  
Roschildensi dignissimo, veteri  
amico suo

Gratiam & Pacem precatur

NICOLAUS HEMMINGIVS.



ERVNT XENOPHON-  
tem adhuc rudem litera-  
rum occurriffe Socrati  
summo Philosopho, opti-  
moq; morum magistro. Hic cum  
videret puerum ingenuum, virtu-  
tis singularem indolem præ se fer-  
re, interrogat ipsum hisce verbis:  
Πῶς καλοὶ καὶ ἀγαθοὶ γίνονται ἄνθρωποι;  
hoc est, Vbi honesti & boni fiunt  
homines? Cum autem Xenophon  
verecundus puer dubitaret, dixit

A 2. Socra-



LN 811

ex 5



EPISTOLA

Socrates : Sequere igitur me & discere, & deinde factus est Xenophon discipulus Socratis. Hoc Socratis sapientissimi factum satis indicat, non sufficere naturam, vt quis bonus & honestus euadat, sed requiri prætereà doctrinam & assuefactionem. Id quod cum Lycurgus Lacedæmoniorum legislator suis Lacedæmonijs persuadere vellet, duos sibi catulos ex iisdem procreatos parentibus educandos sumsit, quorum alter quidem sibi videlicet relictus, gulæ & luxus studiosus : alter verò arte venatoria institutus, venationi aptus & idoneus effectus est. Congregatis igitur quodam tempore Lacedæmonijs, magnum, inquit Lycurgus, momentum ad virtutem obtinent, vitæ ratio, educatio, præcepta,

D  
pta & ass  
co vobis pe  
xisset, ca  
posuit, &  
& leporem  
cum soluis  
sior discipli  
leporem co  
nus se ad  
tem Laced  
bant, quid  
Lycurgus,  
istos in pu  
ambo, respo  
iisdem pare  
diuersam n  
hic quidem  
ticus euasit  
Huc facit  
qui, cum



DEDICATORIA.

pta & assuefactiones, quam rem illico vobis palam faciam. Cum hoc dixisset, catulos adductos in medio posuit, & in conspectu eorum ollam & leporem collocavit, catulos autem cum soluisset, alter quidem generosior disciplina factus, celeri cursu ad leporem contendit: alter vero ignavus se ad ollam proripit. Cum autem Lacedaemonij conijcere nequibant, quid sibi hoc spectaculo vellet Lycurgus, ac quam ob rem catulos istos in publico exhibuisset. Sunt ambo, respondit Lycurgus, isti ex iisdem parentibus orti, verum quia diuersam nacti sunt educationem, hic quidem gulosus, ille autem venaticus euasit, tantum potest educatio. Huc facit & responsum Aristippi, qui, cum interrogaretur à quodam,

A 3 quan-



EPISTOLA

quantam mercedem pro filij institutione postularet, illeq; respondisset, mille drachmas, cui ille, mille drachmis mancipium comparare possum, respondit, emito sanè, atq; ita duo habebis mancipia, filium, & quem emeris seruum. Hoc ipsum Cratetis sapientissimo testimonio comprobatur, qui concensa vrbis editissima parte exclamandum censuit: Quò quò ferimini ciues? Num conuenit in opibus parandis maximè occupari, ac de liberis, quorum causa quaruntur opes, minimè esse sollicitos? Credite mihi, non potest melior hæreditas liberis à parentibus relinqui, quàm si bene educati, atq; ad virtutem rectè ab ineunte ætate sint instituti. Hoc enim eis perpetuum manet patrimonium, neq; à fortunæ procel-  
lis

lis labefa-  
entum d  
manda a  
mis velu  
mniun t  
experien  
quàm ben  
magnam  
cum vir  
contra, qu  
suos, qui  
arbitrio.  
se miserè  
mandatu  
tibus, vt  
instituan  
scelere qu  
us? Dei  
lem iniur  
dictante,



DEDICATORIA.

lis labefactari potest. Hæc sapi-  
entum dicta & exempla de infor-  
manda ad virtutem iuuentute à pri-  
mis veluti vnguiculis confirmat o-  
mnium temporum certissima testis  
experientia. Vnde manifestum est,  
quàm bene consulant suis liberis, qui  
magnam operam impendunt bene &  
cum virtute educandis liberis, &  
contra, quàm crudeles sint in liberos  
suos, qui eos permittunt viuere pro  
arbitrio. Nam quadruplici malo  
se miserè inuoluunt. Primum enim  
mandatum Dei, qui mandat paren-  
tibus, vt piè & honestè suos liberos  
instituant, pro ludibrio habent, quo  
scelere quid quæso potest esse graui-  
us? Deinde liberis ipsis intolerabi-  
lem iniuriam faciunt, quibus natura  
dictante, debent honestam & piam

A 4 educa-



EPISTOLA

educationem. Tūm sibi ipsis in senectute molestias grauiſſimas accerſunt. Quid enim molestius eſſe poſteſt? quā̄m videre liberos ſuos malè educatos ferri præcipites in omnia flagitia, conſumere parentum facultates in lupanaribus cum ſcortis, potatoribus & luſoribus? Poſtremo, ſunt etiam in rempublicam iniqui. Nam reipublicæ debent parentes ſuos liberos, quos ſi malè educauerint, pernicioſos ciues relinquent reipublicæ, in multorum hominum ruinam. Nam & exemplo euertunt multos, & ignauiam ſua nihil conferunt ad incolumitatem reipublicæ. Omitto pœnas & parentum, qui negligunt ſuos liberos, & liberorum temporaneas & æternas, quas nobis contemplandas exhibebit dies iudicij,

ci, in qu  
factorum

Iam  
ctionis pe  
stantur t  
cuiusuis  
cet Quorū,  
virtutis  
rectè acco  
eſt natura  
tutum ſen  
na caligin  
ruptione  
tio, eſt di  
qui præce  
eſt i  
præcepta  
efficiunt.  
gantur l



DEDICATORIA.

cij, in quo fiet examen rectè & malè  
factorum.

Iam bonæ & legitimæ instru-  
ctionis partes videamus. Docti te-  
stantur tria oportere concurrere ad  
cuiusvis artis absolutionem, videli-  
cet φύσιν, λόγον & ἔθος, quæ tria ad  
virtutis & pietatis consecutionem  
rectè accommodari possunt. Φύσις  
est natura ipsa, in qua quidem vir-  
tutum semina delitescunt, etsi mag-  
na caligine inuoluuntur in hac cor-  
ruptione naturæ. λόγος, hoc est, ra-  
tio, est disciplina discendiq; modus,  
qui præceptis & institutis constat.  
ἔθος est ipsa assuefactio, sine qua  
præcepta virtutum nihil aut parum  
efficiunt. Hæc ergo tria vt coniun-  
gantur laborandum est. Nam ex

A 5 istis



EPISTOLA

istis tribus consummatio virtutis  
perfectioq̄ constat, quorum si vnum  
abfuerit, virtus vt claudicet man-  
caq̄ sit, necessario sequitur. Est enim  
φύσις, si disciplina & studium non  
accedat, cœcum quiddam, quemad-  
modum & λόγος sine naturæ admi-  
niculo, per se minimè sufficit, atq̄  
εἶθ' & sine ambobus imperfectum  
quid. Perinde igitur se res habet,  
vt in agricolatione, in qua omnium  
primum solum bonum expetitur,  
tum agricola peritus, postea semen  
idoneum & minimè fatuum. Solo  
persimilis est natura hominis seu  
ingenium. Agricola præceptor re-  
spondet. Præceptiones seminis ratio-  
nem habent. Sicut ergo solum per  
se bonum, neglectum corrumpitur  
& sterilefcit, & contrà plus æquo  
aspe-

asperum  
emendat  
natura b  
stitutio,  
fit deter  
nam cor  
ercitijs m  
ræ prest  
ita stupi  
corrigit  
Hanc ob  
inculcat a  
mon ait: A  
tris tui, &  
tris tuæ,  
tuo, & te  
sciplinam,  
stode eam,  
Qui custod  
vitam.



DEDICATORIA.

asperum & horridum, si excolatur,  
emendatur & fertile efficitur: Ita  
natura bona, si non accedit bona in-  
stitutio, corrumpitur & paulatim  
fit deterior, mala verò per discipli-  
nam corrigitur, & quotidianis ex-  
ercitijs melior euadit. Vt ergo natu-  
ræ præstantiam corrumpit socordia:  
ita stupiditatem et vitia emendat &  
corrigit institutio & disciplina.  
Hanc ob causam verbum Dei toties  
inculcat disciplinæ encomia. Salo-  
mon ait: Audi fili mi disciplinam pa-  
tris tui, & ne dimittas legem ma-  
tris tuæ, vt addatur gratia capiti  
tuo, & torques collo tuo. Tene di-  
sciplinam, & ne dimittas eam, cu-  
stode eam, quia ipsa est mater tua.  
Qui custodierit disciplinam, inueniet  
vitam.

Hæc



EPISTOLA

*Hæc disciplina in instructione  
& correctione posita est. Instructio  
præceptis & regulis continetur,  
quarum mensura est recta ratio,  
vox Dei aliâq; sapientum dicta,  
quæ cum recta ratione & voce Dei  
congruunt, qualia sunt dicta septem  
Sapientum, & gnomæ multorum  
Pœëtarum latinorum & græcorum,  
quorum lectio mirabiliter facit ad  
rectam institutionem. Correctione  
emendantur errata incidentia in mo-  
ribus. Hæc fit vel verborum casti-  
gatione vel pœna, vt prudens mo-  
rum magister iudicauerit. Porrò,  
instructio hæc duplex est, vna in-  
terna, altera externa, vtrâq; ab alte-  
ra quodammodo dependet. Rectè  
enim formatum animum mores ex-  
terni honesti comitantur, & hone-  
stis*

D  
stis morib  
tute exculu  
virtutum &  
format, affe  
castigat, idq;  
ne, inuocati  
ercitijs. Ex  
test, quod in  
& mater p  
sterior cern  
vestibus, f  
conuersatio  
præcepta  
Vtrâq; hæc  
coniuncta f  
i ἀπὸ σκοπε  
enim Paulu  
ritas vestra  
abundet in c  
su, vt iudice



DEDICATORIA.

stis moribus respondet animus vir-  
tute excultus. Prior illa mentem  
virtutum & pietatis præceptis in-  
format, affectus frenat, cupiditates  
castigat, idq̄ meditatione legis diui-  
næ, inuocatione Dei & alijs pijs ex-  
ercitijs. Ex quo facile intelligi po-  
test, quòd interna hæc disciplina fons  
& mater sit omnis felicitatis. Po-  
sterior cernitur in verbis, gestibus  
vestibus, factis, adeoq̄ in externa  
conuersatione, quæ ad regulas &  
præcepta virtutum componitur.  
Vtraq̄ hæc disciplina & instructio  
coniuncta facit, vt homo sit εὐκρινῆς  
& ἀπέσοπος in diem Christi. Ita  
enim Paulus ait Philip: I. Oro vt ca-  
ritas vestra adhuc magis magisq̄  
abundet in cognitione & pleno, sen-  
su, vt iudicetis ac probetis præstan-  
tiora,



ΕΠΙΣΤΟΛΑ

tiora, ut sitis εὐλακρινεῖς ἢ ἀπεόσκοποι  
ad diem vsq; Iesu Christi. Hic pul-  
crè coniungit Apostolus cognitio-  
nem, quæ præceptis paratur, & sen-  
sum, hoc est, cognitionis effectum,  
cùm interiorem videlicet animi re-  
ctitudinem, vnde homines efficiun-  
tur εὐλακρινεῖς, tùm exteriorem, quo  
homines euadunt ἀπεόσκοποι, ut in-  
offensus sit cursus illorum in tota  
vita, cùm videlicet appareant, ut  
idem Apostolus in eodem loco sub-  
iungit, pleni fructibus iusticiæ, qui  
fiunt per Iesum Christum, ad glori-  
am & laudem Dei.

Hæc de educatione & discipli-  
na iuuentutis ad te scribo, vir orna-  
tissime ac collega carissime, ut cùm  
cogites seriò quanti momenti res sit,  
pia

D  
pia & san-  
quàm grate  
fructus pro  
proposito c

Neg te  
Etissimo pr  
la tua dule  
plus minus  
tam erum  
rit. Debe  
latium esse,  
etè institut  
euocata ad  
simarum vi  
conspetu sp  
tur. Tu igni  
cepisti, ad p  
assuefacere e  
stites libero



DEDICATORIA.

*pia & sancta educatio puerorum,  
quam grata sit Deo, quamq̃ dulces  
fructus proferat, in tuo sanctissimo  
proposito confirmeris magis.*

*Neq̃ te abstertere debebit à san-  
ctissimo proposito, quòd nuper filio-  
la tua dulcissima Margareta, annos  
plus minus quatuordecim, hanc vi-  
tam ærumnosam meliori commuta-  
rit. Debet enim tibi maximum so-  
latium esse, quòd piè educata & re-  
ctè instituta, sit ab hisce ærumnis  
euocata ad cætum multarum castis-  
simarum virginum, quæ dulcissimo  
conspectu sponsi Christi læta fruun-  
tur. Tu igitur perge præclare, vt  
cœpisti, ad pietatem & honestatem  
assuefacere quos habes adhuc super-  
stites liberos. Laudandum est pro-  
fectò*



EPISTOLA

fectò consilium tuum, qui nullis  
sumtibus parcis in rectores morum  
& studiorum tuorum liberorum,  
quos non solū domi piè, verū etiam  
foris apud homines pios & probos  
curas ad virtutem & pietatem in-  
stitui, rectè perpendens illud Pla-  
tonis, quòd parentes ideo generent  
& instituant liberos, vt in suum lo-  
cum Deo relinquunt in hac vita cul-  
tores, vbi ipsi morte vitam commu-  
tauerint. Quod sanè fieri non potest,  
nisi diligens & pia fuerit liberorum  
educatio, in admonitione & corre-  
ptione Domini, vt Paulus loquitur.  
Quæ admonitio optimè petitur à  
thesauris sapientiæ & cognitionis,  
quos affirmat Paulus in Christo  
absconditos esse, in hac Epistola ad  
Colossenses scripta. In quam ideò  
sub

Di  
sub tuo ne  
lucem edo,  
mei erga t  
supra  
rum magis  
moderatore  
delissimo,  
amissum.  
lemcumq  
erga te bon  
nestissima  
liberis, quo  
perito ad  
educare.  
guj



*DEDICATORIA.*

*sub tuo nomine has annotationes in  
lucem edo, vt aliquod testimonium  
mei erga te amoris extet, qui olim  
συφοιτητᾱ eramus, sub optimo mo-  
rum magistro M. Nicolao Blach,  
moderatore scholæ Roschildensis fi-  
delissimo, quem nunc multi dolent  
amissum. Rogo autem vt hanc qua-  
lemcunq̄ testificationem animi mei  
erga te boni consulas. Vale cum ho-  
nestissima vxore tua Anna, & cum  
liberis, quos sicut cœpisti piè, ita  
pergito ad virtutem & pietatem  
educare. Hafnia primo Au-  
gusti, anno Domini*

*1565.*

*B ARGV=*



ARGVMENTVM  
IN EPISTOLAM  
PAVLI AD COLOS-  
SENSES.



OCASIO HVIVS EPI-  
stolæ ad Colossenses scriptæ  
duplex fuisse Paulo videtur.  
Prior, Epaphras minister Eu-  
angelij apud Colossenses,  
postquam Euangelium Christi sincerè do-  
cuisset Colossis, profectus est Romam, gra-  
tia colloquendi cum Paulo iam incarcera-  
to, qui cum cognouisset statum Ecclesiæ  
Colossensis ab Epaphra, uidelicet, quòd in  
vera Christi doctrina esset instituta, vt do-  
ctor, ac debitor gentium, eis, etsi antea à se  
non visis aut à se doctis, scribit tamen apo-  
stolico affectu, vt doctrinam, quam ex  
Epaphra didicerant, firmam, veram ac mi-  
nimè adukerinam esse ipsis persuadeat.  
Posterior, cum Epaphras in sana doctrina  
fundasset vtcunq; Ecclesiam Colossensi-  
um, subintrarunt (vt fit) pseudoapostoli,  
qui in agrum Domini, iuxta parabolam  
Euangelicam, iacere zizania tentabant, in-  
ani Philosophia, ritibus Mosaicis, supersti-  
tione hominum, cultu angelorum &c. tur-  
bantes

A  
bantes Eccle  
pua causa, cu  
lerit ad Paul  
Colossenses,  
stolos disput  
monias Mosa  
ἐπιδοκίμωσι  
um itaq; Pau  
le, vt confirm  
quam accepe  
diat pseudoa  
rum Euang  
Mosaicis ac h  
runt. Sed par  
techesin, pœna  
lollenses, declar  
nis, non multo  
Paulus scripsit  
Asie, Colossæ. I  
ramotu ( vt t  
bius ) concide  
rendum sanè  
monium. Qu  
deberet, qui  
Dei lux verbi  
dine & Euan  
nobis & aliq  
enim, quòd cl



VM

AM

S-

VS EPI-

les scrip-

to videtur,

minister Eu-

colossenses,

sincere do-

ctinam, gra-

m in carcer-

ibus Ecclesie

et, quod in

iura, ut do-

cti antea à se

tamen apo-

stoli, quam ex

veram ac mi-

seri per-

suadeat,

ana doctrina

Colossensi-

doapostoli,

parabolam

entabant, in-

teris, supersti-

tium &amp;c. tur-

bantes

## AD COLOSS.

bantes Ecclesiam. (& hæc videtur præci-  
 pua causa, cur Epaphras se Romam contu-  
 lerit ad Paulum) His igitur ne locum dent  
 Colossenses, grauiter contra pseudoapo-  
 stolos disputat Paulus, ac conuincit cere-  
 monias Mosaicæ abolitas esse, ac omnem  
 εθελοθρησκείαν vanam ostendit. Consili-  
 um itaq; Pauli in hac Epistola apparet es-  
 se, vt confirmet Euangelicam doctrinam,  
 quam acceperant per Epaphram, ac impe-  
 diat pseudoapostolorum conatus, qui ve-  
 rum Euangelium Christi, traditionibus  
 Mosaicis ac humanis corrumpere studue-  
 runt. Sed parum profuisse hanc Pauli ca-  
 techesin, pœna, quam postea luerunt Co-  
 lossenses, declarat. Nam tempore Nero-  
 nis, non multò postquam hanc Epistolam  
 Paulus scripsisset, tres vicinæ ciuitates  
 Asiæ, Colossæ, Laodissea & Hierapolis, ter-  
 ræmotu (vt testes sunt Horosius & Euse-  
 bius) conciderunt & absorptæ sunt. Hor-  
 rendum sanè iudicij Dei in ingratos testi-  
 monium. Quæ res meritò nos admonere  
 deberet, quibus hodie affulsit ex gratia  
 Dei lux verbi cœlestis, ne nostra ingratitu-  
 dine & Euangelij contemptu accersamus &  
 nobis & alijs luctuosum exitium. Deus  
 enim, quò clariorem suæ lucis splendorem

B 2 præ-





EPIST. PAULI

præbet mortalibus, eò atrocioribus supplicij in contumaces animaduertit, iuxta Domini nostri dictum: Seruus sciens voluntatem domini & non faciens, vapulabit plagis multis.

Expurgamur igitur admoniti hoc horrendo iudicij Dei exemplo, ac Deo pro accensa sua luce gratias agamus, honestè, piè ac iustè viuendo, cauentes ne rursus imposturis Papisticis, aut alijs phanaticis opinionibus inuoluamur.

Porro, præter inscriptionem & valedictionem, quatuor huius Epistolæ partes statui possunt. Harum prima est exordium ipsum. Altera, exegesis continens descriptionem Christi Domini, ac commemorationem beneficiorum ipsius. Tertia, est disputatio contra ritus Mosaicos, traditiones humanas. Breuiter, contra omnia somnia humana, & excogitatos præter & contra verbum Dei cultus. Postrema pars est parænetica, quæ ad mores hortatur Evangelio dignos.

Tractationis ordo in hac Epistola hic est. Orditur suo more ab Epigrapha & facta imprecatione. Deinde subiungit primam Epistolæ partem, nimirum exordium gratulatorium, in quo, vt gratias agit  
Deo

A  
Deo pro fructu  
les: ita orat v  
tura. Ab ex  
secundam pa  
nem omnium  
summam Eua  
nesticis, poter  
sti, in quo se  
collocandam  
ctinam Colo  
net, modo i  
bitur in cor  
& dignitatis  
tinere Euange  
datur perfectu  
damento iacto  
Epaphrae apol  
commodè ad  
quod ex dictu  
dum esse ab e  
lorum, & hon  
& aptis ad p  
nant se à veri  
in solo Christi  
ri sapientia  
rantes esse lo  
tiones Iuda  
tiones, Hu



A D C O L O S S .

Deo pro fructu Euangelij apud Colossenses : ita orat vt ista felicitas sit diuturna futura. Ab exordio dilabitur mollissimè in secundam partem, hoc est, in expositionem omnium longè pulcerrimam, in qua summam Euangelij repetens, docet de beneficijs, potentia, natura & victima Christi, in quo solo omnem salutis fiduciam collocandam esse demonstrat. Hanc doctrinam Colossensibus salutarem fore monet, modo in fide perstiterint. Hinc dilabitur in commendationem sui ministerij & dignitatis Euangelij, admonens eò pertinere Euangelium, vt omnis homo reddatur perfectus in Christo Iesu. Hoc fundamento iacto, ac ita confirmata doctrina Epaphræ apostoli Colossensium, accedit commodè ad tertiam partem, additq; quod ex dictis necessario sequitur, cauendum esse ab omni fallacia pseudoapostolorum, & hortatur, ne fallaci Philosophia & aptis ad persuadendum orationibus finant se à veritate abduci. Sed vt maneant in solo Christo, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ reconditi, nihil morantes ἐθελοθρησκείας hominum, superstitiones Iudaicas, aut vllas humanas traditiones. Huc iam Apostolico more attexit

B 3 paræ-





EPIST. PAULI

parænesis ( atq; hæc quarta pars est Epistolæ ) cum generales, quas ad Christianam vitam in vniuersum rectè instituentiam iudicauit necessarias, tum speciales, quibus parentibus, liberis, vxoribus, dominis, seruis sua propria officia præscribuntur, vnde rursus redit ad communia officia commendanda. Postremò, suo more salutationibus & fausta imprecatione claudit Epistolam. Atq; hæc de occasione & consilio Pauli, de partibus huius Epistolæ & de tractationis ordine sint dicta.

CAPVT  
PRIMUM.

SVMMA CAPITIS  
PRIMI.

**G**Ratijs actis Deo ob participationem Colossensium in Euangelio, Christi naturam, potentiam & beneficia describit, quorum omnium Colossenses participes esse factos pronunciat per prædicationem Euangelij, cuius se ministrum agnoscit, in hunc

A  
hunc finem  
perfectum in

ORDO  
P I

T Res sur  
pua, P  
angelij fruct  
da est exeg  
Christi nat  
tia est acco  
sti ad Philip  
angelij,

EXEGE  
PRIMI  
ti

Paulus  
sti, per u  
motheus  
lollis, san  
bus in Ch

E Pigrap  
qui scri  
Epistola, I



AD COLOSS.

hunc finem, vt sistat omnem hominem perfectum in Christo.

ORDO ET PARTES CAPITIS PRIMII.

**T**Res sunt partes huius capituli præcipuæ. Prima est gratulatoria ob Euangelij fructum in Colossensibus. Secunda est exegetica. Exponit enim, quæ sit Christi natura, potentia & beneficia. Tertia est accommodatio beneficiorum Christi ad Philippenses, per prædicationem Euangelij.

EXEGESIS CAPITIS PRIMII, CVM OBSERVATIONE DOCTRINARUM.

Paulus Apostolus Iesu Christi, per uoluntatem Dei, & Timotheus frater, ihs, qui sunt Colossis, sanctis & fidelibus fratribus in Christo.

**E**pigrapha more vsitato nominat eum, qui scribit, & eos, quibus scribitur hæc Epistola, De eo, qui scribit, quatuor memorat,

B A m o r a t



EPIST. PAULI

morat. Primum, quis scribat, nempe Paulus. Deinde, quæ conditio scribentis, nimirum quòd sit Apostolus Iesu Christi, vnde quicquid scribit, tanquam oraculum Dei accipiendum est. Tertio addit quomodo ad hanc dignitatem, hoc est, Apostolatam peruenerit, videlicet, per voluntatem Dei, qui eum segregauit ad munus Apostolicum. Quarto, adiungit sibi Timotheum, quem fratrem, cum propter religionem communem, tum propter fraternum erga ipsum animum appellat. Deinde Colossenses quibus scribit, nominat, eosque ornat triplici titulo. Vocat enim ipsos sanctos, fideles ac fratres in Christo, vt ostendat extra Christum nullam esse sanctitatem, nullam salutem, nullam fidem, nullam denique veram fraternitatem. Sanctitatis nomen admonebit nos studij sanctimonix vitæ, ac cultus vnus æterni Dei. Fides est instrumentum, per quod sanctitatis Christi reddimur participes, vnde in alios homines sequitur fraternus animus & affectus, qui vbi non est, ibi nec fides est, vbi hæc deest, nihil nisi prophana foeditas, contaminatio & abominabilis impuritas reliqua est. Plura de epigraphis Paulinis dicta sunt in enarratione epistolæ ad Romanos.

Grati

A  
Grati  
patre &  
sto.

Summa  
lij semper in  
Paulus, vt e  
amorem Eu  
Dei signific  
isto fauore l  
salutaria &  
Dei contin  
pacem opor  
su Christo, vt  
ritus eam con  
bis donari pr  
præterea hæc  
fidei. Nam  
retinetur hæc

Py

E

Grati  
tri Dom  
Prop  
Paulus lo



AD COLOSS.

Gratia uobis & pax à Deo  
patre & Domino Iesu Chris-  
to.

Summam suæ legationis seu Euange-  
lij semper in salutationibus suis proponit  
Paulus, ut eos, ad quos scribit, excitet ad  
amorem Euangelij. GRATIA fauorem  
Dei significat, & quicquid Deus nobis ex  
isto fauore largitur. PAX autem omnia  
salutaria & prospera, quæ nobis bonitate  
Dei contingunt, notat. Hanc gratiam &  
pacem optat à Deo patre, & filio ipsius Ie-  
su Christo, ut sciamus nos non nostris me-  
ritis eam consequi, sed à patre cœlesti no-  
bis donari propter Christum. Admonet  
præterea hæc salutandi forma Colossenses  
fidei. Nam fide accipitur, possidetur ac  
retinetur hæc gratia & pax.

*Prima Epistolæ pars.*

EXORDIUM.

Gratias agimus Deo & pa-  
tri Domini nostri Iesu Christi.

Propositio gratulatoria. Solet enim  
Paulus loco gratulationis gratiarum acti-

B s one



EPIST. PAULI

one uti, qua re duo docet. Primum, quòd omne bonum opus à Deo sit. Deinde, quòd quotiescunq; incidimus in mentionem donorum Dei, erumpere oporteat in laudes Dei & gratiarum actionem. Deo & Patri, hoc est, Deo, qui est pater domini nostri Iesu Christi. Ut enim olim Patres inuocauerunt Deum Abraham, Isaac & Iacob, qui eduxit populum de terra Aegypti: Ita post exhibitum Christum Deus pater domini nostri Iesu Christi inuocandus est, eiq; gratiæ agendæ. Nam quicumq; Deum inuocat, non nominato filio Dei ex vera fide, dupliciter impingit. Primum enim cum turcis, Iudæis & Ethnicis à vero Deo aberrat. Deinde, frustra preces fundit. Quicquid petieritis (inquit filius) à Patre in nomine meo, id est, me nominato mediatore, dabit vobis. Frustra ergo petit, qui vel alium quàm solum Christum nominat, vel ipsum Christum à precibus suis excludit.

Semper pro uobis orantes.

Id est, quotiescunq; pro vobis oro. Obserua semper coniungendas esse exemplo Pauli gratiarum actionem & prædicationem, Debet enim gratiarum actio adiutus

AT  
nus quidam e  
sequamur &  
Deo, pro Eu  
precantes ver  
num.

Postqu  
uestram, c  
su, & dilec  
mnes sanc

Quid g  
minat, nimir  
ritatem erga sa  
recte ad duo  
religionis sumi  
(quæ in se con  
& caritatem,  
Quamquam au  
te complecti c  
gradu diligen  
vnum Deum  
tis gloriam e  
ordinem verb  
loco fidem pe  
re indicat, à  
nulla caritas  
potest arbor



AD COLOSS.

rus quidam esse ad orationem. Exemplum sequamur & nos, gratias quidem agentes Deo, pro Euangelij incremento & fructu, precantes verò, vt hoc bonum sit diuturnum.

Postquam audiuius fidem uestram, quæ est in Christo Iesu, & dilectionem, quæ est in omnes sanctos.

Quid gratuletur Colossensibus, nominat, nimirum fidem in Christum, & caritatem erga sanctos. Hic primum obserua, rectè ad duo capita reuocari Christianæ religionis summam, nimirum ad fidem (quæ in se continet verum timorem Dei) & caritatem, quæ ex fide proficiscitur. Quanquam autem omnes homines caritate complecti oportet: Tamen in primo gradu diligendi sunt sancti, qui nobiscum vnum Deum colunt, ac eandem hæreditatis gloriam expectant. Deinde, obserua ordinem verborum Pauli. Priori enim loco fidem ponit, posteriori caritatem, quare indicat, à fide incoandum esse, sine qua nulla caritas sincera esse potest. Neq; enim potest arbor mala nisi fructus malos proferre.





EPIST. PAULI

ferre. Præterea obserua proprium obiectum fidei esse Iesum Christum, ex cuius spiritu vim viuificam concipit ad edendos fructus filijs Dei dignos.

Propter spem repositam uobis in cœlis.

Fidei & caritatis incitamentum ponit. Gloria enim cœlestis, quam spiritu ex fide expectamus, nos ad perseverandum constanter in fide & dilectione incitat. Metonymicè ponitur hîc spes pro re sperata, quæ in thesauris cœlestibus reposita est, quo tempore oportuno fruemur. Vbi ergo nulla apparent fidei inditia, ubi nulla caritatis testimonia extant, ibi neq; spem ullam esse cœlestis hæreditatis, ex hoc loco Pauli concluditur. Papistæ hîc contra ἀναλογία fidei impingunt, dum insulsè ex hoc loco colligunt operum merita. Non enim hîc de merito bonorum operum loquitur Apostolus, sed tantum τὸ προκείμενον, id est, causam incitantem ad fidem & dilectionem ponit. Potest etiam ita constructui, Postquam audiuius fidem vestram in Christo Iesu, & dilectionem erga omnes sanctos, gratias agimus Deo propter spem repositam

A  
repositam v  
gloriam im  
puri, atq; h  
thanalij est.

De qu  
sermonem  
quod per

Quia ex  
tum est, qui  
causam inf  
spes allata e  
Euangelij, qu  
nem veritatis  
fient constants  
cerant.

Quem  
mundo et  
scit: sicut  
quo audif  
tiam Dei

Alioru  
standum in  
non frustra  
cum fructu



AD COLOSS.

repositam vobis in cœlis, id est, propter gloriam immortalitatis, quam estis adepturi, atq; hæc posterior interpretatio Athanasij est.

De qua audiuiſtis prius, per sermonem veritatis Euangelij, quod peruenit ad uos.

Quia extra captum humanum positum est, quicquid pñ sperant, ideo addit causam instrumentalem, qua illa nobis spes allata est, nimirum prædicationem Euangelij, quam per excellentiam sermonem veritatis nominat, vt Colossenses perſent constantes in Euangelio, quod didicerant.

Quemadmodum & in toto mundo etiam fructificat & crescit: sicut & in uobis, ex eo die, quo audistis & cognouistis gratiam Dei in ueritate.

Aliorum exemplo eos animat ad perſtandum in doctrina, & simul eos, quòd non frustra Euangelium audierint, sed cum fructu & quotidiano incremento.

Hic



EPIST. PAULI

Hic duo obseruemus. Primum, quodnam sit obiectum Euangelij, nimirum, gratia Dei, id est, fauor, quo genus humanum complectitur Pater cœlestis propter Filium. Hac igitur differentia à doctrina Legis separatur Euangelium. Lex enim iram Dei, Euangelium gratiam prædicat. Deinde obseruemus gradus, quos hîc Paulus ponit, qui sunt prædicare, audire, cognoscere, crescere & fructificare. Ideo enim prædicatur vt audiatur, ideo auditur vt cognoscatur, ideo cognoscitur, vt crescat & fructificet. Non debet ergo Euangelium nobis esse veluti theorematum speculabilem κατὰ ληψίς quædam, seu noticia ociosa, sed cognitum fructificare debet, coram Deo quidem vero cultu & timore, coram hominibus verò dilectione sincera. Qui enim Euangelium audiunt, legunt, cognoscunt sine fructu, id est, sine timore Dei & dilectione, sibi maius iudicium accersunt. Imitemur itaq; nos Colossensium exemplum, ac ne sinamus nos optimo fructu tam incomparabilis thesauri destitui, sed potius abundemus indies magis magisque in omni cognitione & sensu. Cum addit: A quo die audiuiſtis, laudat Colossenses à studio, vt excitet ad diligentiam  
maio-

AD  
maio-rem. Po-  
preem sequutu  
iunxi, ideo feci  
plaribus addit  
crescens, interpr

Quemac  
stis ab Epap  
uo nostro, q  
bis ministe

Nunc Ap  
minat, quem  
dem si verba spe  
quid sub istis pau  
Primum enim vt  
seruum, quo titul  
vnum aliquem e  
temporis quavis  
prædicabant. Sec  
seruum & con  
ctum, vt qui ve  
rate secum in p  
boret. Deint  
pro ipsis ministr  
alibi dicit, in m  
lis aliquis inu  
ministrum esse



AD COLOSS.

maio-  
m, quod-  
mirum, gra  
s humanum  
propter Fili-  
doctrina Le-  
x enim iram  
dicat. De-  
hic Paulus  
ire, cogno-  
Ideo enim  
auditur vt  
vt crescat  
Euangeli-  
um specu-  
seu noticia  
tare debet,  
& timore,  
one sincera.  
unt, legunt,  
sine timore  
udicium ac-  
colossensium  
optimo fru-  
ri destitui,  
magis ma-  
u. Cum ad-  
dat Colof-  
iligentiam  
maio-

maio-  
rem. Porro, quod veterem inter-  
pretem sequutus, fructificat & crescit, con-  
iunxi, ideo feci, quia in peruerustis exem-  
plaribus additur vox *ἄνεξιλόγητος*, quam  
crescens, interpretari licet.

Quemadmodum & didici-  
stis ab Epaphra, dilecto conser-  
uo nostro, qui est fidelis pro uo-  
bis minister Christi.

Nunc Apostolum Colossensium no-  
minat, quem commendat, breuiter qui-  
dem si verba spectes, copiosissimè verò, si  
quid sub istis paucis verbis lateat, euoluas.  
Primum enim vocat ipsum dilectum con-  
seruum, quo titulo significat, eum non esse  
vnum aliquem ex turba eorum, qui tum  
temporis quauis occasione currebant &  
prædicabant, Sed eximium quendam con-  
seruum & commilitonem, eumq; dile-  
ctum, vt qui vera animi sinceritate & cari-  
tate secum in propagando Euangelio la-  
boret. Deinde vocat ipsum fidelem  
pro ipsis ministrum Christi. Hoc enim, vt  
alibi dicit, in ministris requiritur, vt fide-  
lis aliquis inueniatur. Non enim satis est  
ministrum esse, nisi rectum & fidele sit mi-  
niste-





EPIST. PAULI

nisterium. Nec sufficit, si quis pastor vocetur, nisi fideliter in officio se gerat, qui vocatus est, neque quicumque vera docet, protinus est fidelis, sed qui Domino seruire, Christi que regnum promouere pia doctrina ac honesta vita ex animo studet. Ut enim vitam ornare docendo; sic doctrinam ornare viuendo decet. Hic locus aperte militat contra pseudoapostolos Papæ, qui satis esse putant titulum habere, & successionis prærogatiuam. Cum interim parum solliciti sint de fide in officio præstanda. Deinde & illos ( qui tamen de sincero Euangelio gloriantur ) coarguit, qui aliud propositum habent, quam Christi gloriam & Ecclesiæ ædificationem. Non enim pauci sunt, qui reddituum maiorem, quam animarum curam gerunt. Sint igitur ministri Euangelij huius Epaphræ imitatores, ac se fideles in sancto suo ministerio præbeant.

Qui & significauit nobis uestram dilectionem in spiritu.

His fauorem & gratiam Epaphræ conciliat apud Colossentes. Solemus enim eos magis amplecti, quos scimus erga nos sincere

A D  
cere affectos esse;  
nescio qui. Dil  
eam, quæ per spi  
ribus fidelibus, se  
de spiritu Dei re  
discrimen inter sa  
ratorum dilection  
proficiscitur ( vt  
nouato, quo puri  
hæc dilectio est p  
fit perfecta. Esti  
subiecto. Non  
carne est, quæ est  
Ideo quicquid ab e  
& contaminatum.  
ui etiam in Ethnic  
les: tamen carnis v  
tur, & impuræ redd  
tute spiritus Christe  
Propterea  
audiuimus, n  
uobis orare &  
mini agnition  
Quantum g  
profectu in Euan  
ostendit, Nimir



AD COLOSS.

cerè affectos esse, ac de nobis absentibus honestè loqui. Dilectionem in spiritu vocat eam, quæ per spiritum generatur in hominibus fidelibus, seu quæ proficiscitur à corde spiritu Dei reformato. Est enim hoc discrimen inter sanctorum & non regeneratorum dilectionem. Sanctorum dilectio proficiscitur (vt dixi) à corde spiritu renouato, quo purificantur affectus. Ideoq; hæc dilectio est pura & sancta, etiamsi non sit perfecta. Estimatur enim à sua causa & subiecto. Non regeneratorum dilectio ex carne est, quæ est impura & contaminata. Ideo quicquid ab ea nascitur, impurum est & contaminatum. Et tamen si *σοφῶν φρονήσεων* etiam in Ethnicis sunt per se laudabiles: tamen carnis viciositate contaminantur, & impuræ redduntur, cum contrà virtute spiritus Christi in pijs sanctificantur.

Propterea & nos, ex quo die audiuius, non desinimus pro uobis orare & petere, ut impleamini agnitione eius.

Quantum gauisus sit Colossensium profectu in Euangelio, certissimo indicio ostendit. Nimirum, quòd assiduè precibus

C bus





EPIST. PAULI

bus oret, vt Deum plenius cognoscant. Cum hac cognitione crescit fides & pietas. Id quod declarat, cum finem addit, nimirum, vt dignè Domino ambulent.

In omni sapientia & prudentia spirituali.

In qua re consistat cognitio voluntatis Dei docet, nimirum vt rectè mentes instructæ sint in Dei cognitione, & postea prudenter exequamur ea, quæ docti sumus. Sapientia enim ad noticiam, Prudentiam ad actionem seu  $\pi\acute{\alpha}\xi\iota\varsigma$  refertur. Non enim satis est seruum nouisse voluntatem heri sui, nisi etiam iuxta voluntatem eius faciat. Non ergo ociosam contemplationem rerum profitetur Theologia, sed efficacem noticiam voluntatis Dei requirit, vt mente, corde, lingua, adeoq; totis viribus incumbamus in hoc, vt iuxta verbum cognitum viuamus, vnde scriptum est: Per hoc scimus, quòd agnouimus eum, si iussa illius obseruamus, qui dicit, Noui eum, & præcepta eius non seruat, mendax est. Dicuntur autem Iohanni seruare mandata Dei, qui pro humanæ fragilitatis capru, vitam suam student formare ad obsequium

AD  
quum Dei. Tam  
quam mortalium  
data Dei; tamen  
tenendum est, quod  
efficax, placeatq;  
ex cognitione ha  
grammatica hic o  
In omni sapientia  
hoc loco, vt sap  
tem generis alic  
tur, perfectione  
n, accipitur. Si  
est, consumman  
racula.

Vt dignè  
no, ut per om  
omni opere l  
res, & crescer  
Dei.

Multis verbi  
dium in Colossen  
dignè Domino, p  
bono opere fruct  
ne Dei. Hæc om  
proprij effectus  
enim voluntate



AD COLOSS.

quum Dei. Tamen enim non potest quisquam mortalium ad plenum seruare mandata Dei: tamen hoc principium firmiter tenendum est, quod vera cognitio Dei sit efficax, placeatque Deo conatus noster, qui ex cognitione hac proficiscitur. Porro, grammatica hic obseruanda est, cum dicitur In omni sapientia. Omnis enim particula hoc loco, ut saepe alias, non vniuersalitate generis alicuius, sed rei cui adiungitur, perfectionem significat. Sic I. Corinth. 13. accipitur, Si habuero omnem fidem, id est, consummatissimam fidem edendi miracula.

Vt dignè ambuletis Domino, ut per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes, & crescentes in cognitione Dei.

Multis verbis vtitur, quod magis studium in Colossensibus exciter. Ambulare dignè Domino, placere Domino, in omni bono opere fructificare, crescere in agnitione Dei. Hæc omnia necessariò cohærent, ut proprii effectus verè cognitionis Dei. Qui enim voluntatem Dei doctus est, in omni

C 2 sapien-



EPIST. PAULI

sapientia & prudentia spirituali, is dignè Domino ambulare studet: ( ambulat autem dignè Domino, qui ipsius voluntati studet per omnia satisfacere ) Qui ambulat dignè Domino, is haud dubiè Domino placet: Qui Domino placet, suo opere fructificat magis: Qui fructificat, is hunc fructum reportat, quòd crescat in cognitione Dei magis, donetur spirituali robore, tolerantia, patientia, gaudio, ideo sequitur:

Omni robore roborati, iuxta potentiam gloriæ ipsius, in omni tolerantia & patientia, cum gaudio.

Quia vires nostræ adeo diminutæ sunt & debilitatæ, vt nobis relictî nihil dignum Domino faciamus, nec possimus fructificare, nisi quæ sunt mortis. Fructus enim radicem sapit. Ideo nunc addit de facultate fructificandi, quæ nobis suppeditatur à Domino, qui secundum gloriosam suam potentiam nos robustos & validos reddit, ad ea præstanda, quæ & ipsi grata sunt & nobis salutaria, ad omnem tolerantiam & patientiam cum gaudio.

Tole-

A D  
Tolerantia est,  
ærumnas. Pat  
peasant libera  
ad verbum lo  
dio, scilicet sp  
fiducia in Chri  
Huc pertinet p  
Beati, qui per  
per iusticiam,  
gnum coelorum  
gemit sub cru  
berationem p  
pter eventum.

Porro, hæc  
git, qualenam  
um, nimirum v  
tatem Dei, perat  
imperantur, aci  
donec suum e  
metam peruen

Secun

V T sibi vi  
quentem  
tiarum action  
tur in secun



AD COLOSS.

Tolerantia est, qua ferunt pii præsentem  
ærumnas. Patientia est, qua patienter ex-  
pectant liberationem. μακροθυμία enim  
ad verbum longanimitas est. Cum gau-  
dio, scilicet spirituali, quod concipitur ex  
fiducia in Christum, & ex spe liberationis.  
Huc pertinet promissio Domini Matth: 5.  
Beati, qui persecutionem patiuntur pro-  
pter iusticiam, quoniam ipsorum est re-  
gnum cælorum. Qui igitur patitur, etsi  
gemit sub cruce, tamen gaudet intuens li-  
berationem promissam, & est beatus pro-  
pter euentum.

Porro, hæc periocha graphicè depin-  
git, qualenam debeat esse piorum studi-  
um, nimirum vt ex verbo discant volun-  
tatem Dei, petant robur præstandi ea, quæ  
imperantur, ac ita fructificent, crescantq̃,  
donec suum cursum absoluerint, & ad  
metam peruenerint.

*Secunda Epistolæ pars.*

VT sibi viam sternat Apostolus ad se-  
quentem catagraphen, redit ad gra-  
tiarum actionem. Nam hac ratione dilabi-  
tur in secundam Epistolæ partem, quam

C 3 . exe-



EPIST. PAVLI

exegeticam esse dixi. Continet autem plenam descriptionem Christi, & commemorationem beneficiorum ipsius, ut ita non solum confirmet doctrinam Epaphræ parochi Colossensium, verum etiam plenam Catechesin tradat de Christo eiusque beneficijs, aduersus omnes corruptelas Iudaicas & alias, quæ tum contra personam, tum contra officium Christi eo tempore spargebantur, ad obruendam lucem Euangelij. Porro, huius descriptionis hic est ordo. Primum, gratiam Patris cœlestis erga nos describit. Deinde beneficia Christi commemorat, describitque Christi personam. Tum accommodat ad ὑπόθεσιν, Christi beneficia communicata Colossensibus, ostendendo ea ad omnes, qui Christum fide recipiunt, pertinere. Venit enim Christus ad seruandum, quod perierat. Hinc dilabitur in commendationem ministerij verbi, per quod illa beneficia nobis offeruntur.

Gratias agentes Deo & patri.

Ita habent emendatiora exemplaria græca. Quoties has duas voces coniungit scriptura, ex priorē, nempe Dei appellatione-

A D  
latione, discar  
eius præsentia  
tute, vnde in  
conciendus  
offendamus.  
appellatione,  
ternum erga  
mum nobis v  
Dei filium in  
mus euecti,  
trem, ac ipse  
hoc paterno  
bus nostris v  
trem fiducia.  
respondeat affe  
strina non sit o  
da penetrat, ib  
strinx diuersit

Qui ideo  
partem so  
mine.

Causa g  
ficijs patris c  
neos ad pa  
ditatem in l  
Hic primum



LI  
et autem ple-  
& commemo-  
us, ut ita non  
Epaphrae pe-  
etiam plenam  
o eiusq; bene-  
telas Iudaicas  
ersonam, tum  
empore spar-  
cem Euange-  
is hic est or-  
is coelestis er-  
eficia Christi  
Christi perso-  
πὸ θεοῦ, Chri-  
solossensibus,  
i Christum fi-  
it enim Chri-  
erierat. Hinc  
em ministere  
ia nobis offe-  
Deo & pa-  
ra exemplari  
oces coniun-  
pe Dei appel-  
lacio

AD COLOSS.

latione, discamus maiestatem Dei intueri, eius praesentiam & omnipotentiam cogitare, unde in cordibus nostris timor Dei concipiendus est, ne tantam maiestatem offendamus. Ex posteriori, nempe Patris appellatione, discamus affectum Dei paternum erga nos, unde in mentem primum nobis veniat, quod per unigenitum Dei filium in hunc dignitatis gradum sumus euecti, quod Deum habeamus patrem, ac ipsius censeamur filij. Deinde ex hoc paterno affectu accendatur in cordibus nostris vera erga clementissimum patrem fiducia. Sic enim decet, ut noticiae respondeat affectus & actio, unde fit, ut doctrina non sit ociosa contemplatio, sed corda penetret, ibiq; varios motus pro doctrinae diuersitate excitet.

Qui idoneos nos reddidit, in partem sortis sanctorum in lumine.

Causa gratiarum actionis est à beneficijs patris coelestis, qui nos reddidit idoneos ad participandam sanctorum haereditatem in lumine, id est, in regno Christi. Hinc primum obserua, quod nostrae salutis

C 4 prin-





EPIST. PAULI

principium sit paterna patris cœlestis gratia. Deinde, quòd ex nobis ipsis minimè simus idonei ad tantam & tam gloriosam hæreditatis participationem, qui natura sumus filij iræ, & in tenebrarum regno propter peccatum constituti. Humiliemur igitur ac seponamus omnem arrogantiam, prostrati nudi coram patre cœlesti, & certa fiducia expectantes à Deo, quod adeò paternè promittit.

Qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suæ.

Expositio est præcedentis sententiæ. Apertius enim & clarius, quomodo nos Deus idoneos reddiderit, ut essemus confortes sanctorum in lumine, exponit. Observa *ἀντίθεσιν* duorum regnorum, quorum **ALTERVM** est tenebrarum, id est, ignorantia Dei, luctus, exitij, perditionis, cuius princeps est Satan, in quod regnum propter peccatum totus mundus demersus est. Hoc regnum, ut vitij munitur, ambitur flagitij, turres habet crimina & arma quarumcunq; turpitudinum molimina: Ita ipsius potestas in mortem damnationemq;

A D  
nemq; eorum,  
tantum tēdit. A  
lucis, id est, no  
nis & salutis,  
in quod regnu  
ferimur. Atq;  
gnum filij dile  
filio vnigenite  
bet, in hoc ele  
adoptavit &  
riam.

Porro  
plus credo  
quam si dixisset  
de substantia P  
se, cur Deus r  
haud dubie fi  
dilecti in ipso,  
ut vnigenitus  
ab æterno nat

In que  
nem, per  
missionem

Modus  
Christi exp



AD COLOSS.

nemq̄ eorum, qui sub Satana principe militant tēdit. ALTERVM regnum est regnū lucis, id est, noticiæ Dei, gaudiū, liberationis & salutis, cuius princeps est Christus, in quod regnum ex sola Dei gratia transferimur. Atq̄ ideo addit Paulus, in regnum filij dilectionis suæ. In Christo enim filio vnigenito & coæterno, caros nos habet, in hoc elegit, in hoc vocauit, credentes adoptauit & iustificauit, in sui nominis gloriam.

Porro cū dicit, Filij dilectionis suæ, plus credo Paulum voluisse insinuare, quàm si dixisset, filij dilecti. Nam & Filium de substantia Patris, & eundem causam esse, cur Deus nos diligat, hoc Epitheto haud dubiè significat. Nos enim sumus dilecti in ipso, ipse verò patris dilectio est, vt vnigenitus filius, de substantia patris ab æterno natus.

In quo habemus redemptionem, per sanguinem ipsius, remissionem peccatorum.

Modus translationis nostri in regnum Christi exprimitur. Autor est filius Dei

C 5 Iesus



EPIST. PAULI

Iesus Christus patri obtemperans. Meritum est sanguis Christi, hoc est, hostia propiciatoria, qua omnia peccata mundi expiantur, iuxta illud: Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Item, Sanguis Christi emundat nos ab omni ἀνομία. Cum hoc precio pugnat vniuersa doctrina Pape, de satisfactionibus, meritis & indulgentijs &c. Redemptio huius satisfactoriæ hostiæ & fructus, est remissio peccatorum, hoc est, absolutio seu iustificatio à peccatis, quam oportet fide accipere. Hic rursus ruit, quicquid homines de salute consequenda comminiscuntur, extra Christum. Ad huius loci vberiore declarationem referatur tertium caput ad Romanos, ab hoc loco, Nunc autem sine lege iusticia Dei &c. vsq; ad finem capitis.

Qui est imago Dei inuisibilis.

Summam beneficiorum Christi proximè præcedente sententia complexus est, iam personæ descriptionem iustam aggreditur, ac Primum ostendit, quæ sit natura filij Dei. Deinde, quanta potentia sit ipse, Tertio, quale sit regnum eius peculiare.

Vt

A D  
Vt autem nat  
cat cum imag  
iter, sed Dei  
intelligamus,  
Primum, quic  
de, quid, qu  
Tum, quomo  
& quomodo i  
us inuisibilis,  
sibilis. Post  
næ tum co  
hinc capiat,

Imago qu  
enim rei alicui  
tio, idq; cum in  
animam. Cum  
tat aliquid, im  
tipingit & deli  
quis homines  
quali delineat  
ruetur de abs  
modum pictu  
menta corpori  
absentis form  
ferat & repr  
esse propria  
manifestum e



AD COLOSS.

Vt autem naturam filij Dei ostendat, vocat eum imaginem Dei, idq; non simpliciter, sed Dei inuisibilis. Hoc vt dextrè intelligamus, ordinè hæc excutienda sunt. Primum, quid sit imago in genere. Deinde, quid, quotuplexq; sit imago Dei. Tum, quomodo Christus sit imago Dei, & quomodo in Christo imagine Dei, Deus inuisibilis, reddatur quodammodo visibilis. Postremò, quid fides cum doctrinæ tum consolationis & exhortationis hinc capiat.

Imago quid sit, non est obscurum. Est enim rei alicuius expressio seu repræsentatio, idq; cum in anima hominis, tum extra animam. Cum enim mens humana cogitat aliquid, imaginem quandam rei veluti pingit & delineat, vt quoties cogitat aliquis hominem notum absentem, mente quasi delineat corporis figuram, quam intuetur de absente cogitans. Ad eundem modum pictor manu exprimit delineamenta corporis, cuius imaginem pingit, vt absentis formam, quantum fieri potest, referat & repræsentet picta imago. Hanc esse propriam significationem imaginis manifestum est, quam appellationem verbum



EPIST. PAULI

bum Dei accommodat filio Dei, vt aliquo modo umbras quasdam tenues tantæ rei cōsideremus, ac vocat imaginem Dei, quæ ipsum Deum repræsentat & refert. Sed hæc duplex est, naturalis nimirum, & gratuita. Naturalis Dei imago in solo Christo est, & est duplex, Essentialis, & per gloriam virtutis. Essentialis est eiusdem essentia cum patre, coæterna & coæqualis. Vt enim in nobis cogitatio format imagines rerum, de quibus cogitamus; Ita Pater æternus sese ab æterno intuens & cogitans, gignit imaginem sui. Sed nos non transfundimus substantiam in imagines illas in mente formatas, quæ re ipsa sunt subitæ & euanescentes actiones. At Pater æternus ab æterno gignit imaginem, communicatâ ipsi essentia. Hanc essentialem Dei imaginem, hoc est, Christum dominum, Epistola ad Hebræos vocat characterem substantiæ Patris, hoc est, imaginem substantialem, qua filius est ὁμοῦσιος cum persona patris, vocatur & λόγος eadem ratione. Vt enim in nobis imago concepta est λόγος, id est, verbum mentale: ita filius Dei λόγος est æterni patris, ineffabili ratione communicata essentia ab æterno. Imago Dei per gloriam virtutis  
(quam

A D  
(quam Epistol  
gloriæ vocat)  
per operum di  
& patris coelest  
luntas paterna  
tum in Christo  
immenfam sua  
virtutem ac  
manum, in so  
imagine loqui  
lippe, qui vi  
quoniam vi  
Hilarius) no  
ræ, recte ex virt  
militudo conch  
sti præsentis diu  
qua Deus nob  
dammodo red  
hæc virtutis gl  
lis tibi, qui d  
enim propria,  
catione id fe  
Christi gloriar  
go æterna æte  
tiam, deinde  
Porro,  
secundum q



AD COLOSS.

(quam Epistola ad Hebræos ἀπαύγασμα  
gloriæ vocat) est, quæ refulget in Christo  
per operum diuinorum virtutem, in qua  
& patris cœlestis potentia gloriosa, & vo-  
luntas paterna conspicitur. Ita enim se to-  
tum in Christo patefecit Deus, vt in ipso  
immensam suam bonitatem, sapientiam,  
virtutem ac εὐλαβρωπίαῤ erga genus hu-  
manum, in solidum declarauerit. De hac  
imagine loquitur Dominus Iohan:14. Phi-  
lippe, qui videt me, videt & Patrem. Et  
quoniam virtutis similitudo ( vt inquit  
Hilarius ) non potest esse dissimilis natu-  
ræ, rectè ex virtutis similitudine essentiæ si-  
militudo concluditur. Virtus enim Chri-  
sti præsentis diuinitatis visibilis est imago,  
qua Deus nobis, per se inuisibilis, quo-  
dammodo redditur visibilis. Nec potest  
hæc virtutis gloria Prophetis aut Aposto-  
lis tribui, qui diuina opera ediderunt, Non  
enim propria, sed Christi virtute & inuo-  
catione id fecerunt, ad confirmandam  
Christi gloriam. Atq; ita Christus est ima-  
go æterna æterni Patris, primum per essen-  
tiam, deinde per virtutis gloriam.

Porro, imago Dei per gratiam ea est,  
secundum quam primus homo factus &  
for-



EPIST. PAULI.

formatus fuit, iuxta illud Genes. 1. Faciamus hominem in imagine nostra, & secundum similitudinem nostram. Hæc imago per lapsum Adæ abolita est, & à Christo rursus per regenerationis gratiam reparatur. Quare ex reparatione iudicandum est, quid qualisq; fuerit illa imago. Paulus ad Ephes. 4. in hunc modum scribit: Deponite iuxta priorem conuersationem veterem hominem, qui corrumpitur iuxta concupiscentias erroris. Renouamini verò spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est, in iusticia & sanctitate veritatis. Et ad Coloss. 3. Exuentes veterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum, qui renouatur in agnitione Dei, secundum imaginem eius, qui creauit illum. Ex his duobus Pauli testimonijs perspicuè intelligi potest, quid qualisq; sit imago illa, iuxta quam conditus fuit primus homo, quæ eadem reparatur in homine per Christum. Primum itaq; hîc consideretur ἀντίθεσις noui & veteris hominis. Deinde quid singulis tribuatur, ex quibus clara concluditur imaginis definitio. Vetus homo extra dubium est viciositas omnis, quæ irrepit in hominem per lapsum Adæ. Nouus homo

A  
 homo est, qui  
 nascitur. Ver  
 concupiscenti  
 buuntur agn  
 sanctitas, iusti  
 homo ab ima  
 homo sit, qui  
 scitur, sequit  
 nem esse spirit  
 mens agnosce  
 temperat, &  
 quum add  
 est summa  
 Deum, corde  
 um Deo subie  
 uis, in hunc m  
 mentis lux seu  
 & cordis conu  
 voluntatis, q  
 mus. Et debet  
 fiderari. Prim  
 κατ' ἄποκρί  
 tis, cordis, af  
 virum in Ch  
 formis est. D  
 deratur ima  
 de sit indies  
 onem perfic  
 corde & affe




AD COLOSS.

homo est, qui per regenerationis gratiam nascitur. Veteri homini tribuuntur error, concupiscentia, prauæ actiones. Nouo tribuuntur agnitio Dei, mentis renouatio, sanctitas, iusticia &c. Cùm ergo nouus homo ab imagine Dei dicatur, & nouus homo sit, qui ex regenerationis gratia nascitur, sequitur imaginis huius reparationem esse spirituales regenerationem, qua mens agnoscit Deum, voluntas Deo obtemperat, & affectus omnes Deo in obsequium addicuntur. Proinde imago Dei est summa integritas mentis agnoscentis Deum, cordis obedientis Deo, & affectuum Deo subiectorum. Aut (si placet) breuius, in hunc modum: Imago Dei est vera mentis lux seu noticia de Deo, voluntatis & cordis conuersio ad Deum, ac libertas voluntatis, qua Deo liberè obtemperamus. Et debet hæc imago dupliciter considerari. Primum in Christo homine, id est κατ' ἄλογον, & est summa integritas mentis, cordis, affectuum, atq; adeo omnium virium in Christo homine, qua Deo conformis est. Deinde in alijs hominibus consideratur imago Dei, quæ in regeneratis quidē fit indies illustrior, post verò resurrectionem perficietur, quando non solū mente, corde & affectibus, verū etiam corporibus

Chri-

I  
 ves. i. Facia-  
 tra, & secun-  
 Hæc imago  
 & à Christo  
 tiam repara-  
 licandum est,  
 o. Paulus ad  
 ribit: Depo-  
 sitionem veter-  
 tur iuxta con-  
 uamini verò  
 duite nouum  
 Deum creatus  
 ritatis, Et ad  
 ominem cum  
 uum, qui re-  
 undum ima-  
 . Ex his duo-  
 icuè intelli-  
 go illa, iuxta  
 s homo, quæ  
 per Christum  
 etur à v-  
 inde quid sine  
 ara concludi-  
 tus homo ex-  
 nis, quæ irre-  
 Adæ, Nouus  
 homo





EPIST. PAULI

Christo conformes erimus, quemadmodum Paulus 1. Corinth: 15. & ad Philip: 3. docet. Porro, quod Paulus 1. Corinth: 11. virum imaginem & gloriam Dei dicat, id alio fit sensu. Non enim pertinet ad sanctitatem & puritatem cordis, sed ad externam ordinationem Dei, qua vir mulierem antecellit, In qua re gloria seu imago Dei quodammodo conspicitur, quemadmodum in omni principatu.

Iam doctrinae colligantur necessariae, cum ad nos confirmandos, tum ad confundendos aduersarios. Primum igitur ex eo, quod Christus dicatur imago Dei, qui est inuisibilis, colligantur duae doctrinae. Prior, quod Christus sit natura Deus, est enim naturalis & substantialis imago Dei. Deinde, quod Christus sit alia persona à Deo patre. Neque enim ipse sibi (inquit Hilarius) imago est quisquam, sed eum, cuius imago est, necesse est ut imago demonstraret. Imago etenim est rei ad rem coaequandae imaginata & indiscreta similitudo. Est ergo pater, est & filius, quia imago patris est filius. Et qui imago est, ut verè imago sit, speciem necesse est & naturam, & essentiam, secundum quod imago est, in  
se ha-

AD  
se habet autem  
ut hic locus co  
fidei de filio I  
alios haereticos  
persona peruen  
& pios hic locu  
get, quod verè  
peccatum imag  
dies studeamus  
magisq; in nob  
do innocentiae  
que virtutibus  
mus.

Primogeniturae.

Veritatem  
aturae factura se  
turam eum gen  
erum primogen  
aue omnem cre  
telligitur & aere  
& quod minim  
randus, ex quo  
cluditur. Quis  
vel in creatur  
omnem creatu  
omnem, fuisse n



AD COLOSS.

se habeat autoris. Hæc Hilarius. Præterea, ut hic locus confirmat articulum nostræ fidei de filio Dei; Ita refutat Arianos & alios hæreticos, qui de Christi natura & persona peruersè docuerunt. Consolatur & pios hic locus, & fiduciam in ipsis auget, quòd verè sint recepturi amissam per peccatum imaginem Dei. Monetq; ut indies studeamus, quò hæc imago magis magisq; in nobis refulgeat, quod sit quando innocentia, iusticia, sanctitati, reliquisque virtutibus Christum induti, studebimus.

Primogenitus omnis creaturæ.

Ut natiuitatem Christi æternam à creaturæ factura secernat, ante omnem creaturam eum genitum testatur. Dicitur enim primogenitus omnis creaturæ, quia ante omnem creaturam genitus. Vnde intelligitur & æterna eius à Patre genitura, & quòd minimè inter creaturas sit numerandus, ex quo eius vera diuinitas concluditur. Quicquid enim rerum existit, vel in creaturis ponendum est, vel extra omnem creaturam. Si est extra creaturam omnem, fuisse necesse est ante omnem creaturam,

D turam,



EPIST. PAULI

turam, quod soli æterno Deo conuenit, qui est Pater, λόγος & Spiritus sanctus. Quare, cum filius Dei hinc primogenitus omnis creaturæ dicatur, Sequitur eum minimè in creaturarum album cogendum esse, ut qui veluti primogenitus: ita & vnigenitus sit filius Dei, solus ab essentia Patris ab æterno genitus. Hinc igitur obseruemus discrimen inter Christum & creaturas. Item inter Christum filium Dei vnigenitum, & alios non natura, sed adoptione filios, qui nascuntur quidem à Deo, non tamen à substantia Dei, sed per regenerationis gratiam cum in Deum credunt, Ioan. 1. Dedit potestatem ut filij Dei fierent, qui credunt in nomen eius. Hi ergo incipiunt esse filij, qui antea non erant. Ille primogenitus ac vnigenitus Dei filius ab æterno est æternus filius per naturam.

Quoniam in ipso creata sunt omnia.

Ratio proximè præcedentis propositionis ab ordine causarum & effectuum. Omnia per ipsum creata sunt. Ergo ipse est ante omnia. Neque enim fieri potest, ut causa suus effectus sit prior. Præpositio

¶

AD  
¶, hic pro dicitur  
dem sententiam  
ut ad causam  
medium, per  
dicitur.

Quæ in  
terra.

Amplifica  
ris, quæ diuisi  
rum creaturu  
& terra recep

Visibi

Subdiuisio  
quid rerum est  
fibilium in coeli  
conditum esse.

Sive thr  
nes, siue pr  
frates.

Omissa p  
lium specie, ali  
fibilium subdi  
gelos, aut ali  
uisibiles. P  
ces, quarum



AD COLOSS.

¶ hīc pro *diā* ponitur, mox enim eandem sententiam repetens *diā* & *ut* dicit, ut ad causam efficientem referatur seu medium, per quod omnes res sunt conditæ.

**Quæ in cœlis & quæ in terra.**

Amplificat rationem diuisione generis, quæ diuisio ab applicitis seu locis rerum creaturarum sumta est. Nam cœlum & terra receptacula sunt creaturarum.

**Visibilia & inuisibilia.**

Subdiuisio à rerum qualitate. Quicquid rerum est cum visibilibus, tum inuisibilibus in cœlis & in terra, per Christum conditum esse.

**Siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates.**

Omissa priori rerum, nempe visibilium specie, alteram, quæ est rerum inuisibilium subdiuidit, ne quis eximeret angelos, aut alias creaturas eximias Dei inuisibiles. Ponit autem hic quatuor voces, quarum Primum significata assigna-

D 2 bo.



EPIST. PAULI

bo. Deinde, quid Paulus ex his concludi velit, ostendam. *ἑρὸν* proprie significat sellam seu sedile, deinde *κατ' ἑξοχὴν* solium iudiciarium, seu palatium regale, unde metonymicè ipsam regiam dignitatem significat. Psalm: 44. Thronus tuus Deus in seculum seculi. Interdum per thronos, maiestatis diuinæ nuncios, nimirum angelos intelligunt, quemadmodum hunc præsentem locum veteres interpretantur. Reliquæ tres voces sunt, dominationes, principatus, potestates, quarum Prima significatur relatio superiorum ad inferiores, qua domini subditis dominantur & imperant. Altera significatur principatus ipse seu eminentiæ dignitas. Tertia, ius imperij notatur. His appellationibus non distinguuntur angelorum ordines, sed potentia & gloria Dei indicatur, qui per angelos agit. Hi ideo potestates, dominationes & principatus dicuntur, quia exercent potestatem sibi à Deo datam per Christum, per quem creati sunt. Sed quò hæc spectant? Paulus hac distributione omnes creaturas in ordinem cogit, & subijcit ei, per quem omnes creaturæ sunt conditæ, id est vt emineat diuina Christi gloria, qui est primogenitus omnis creaturæ.

Omnia

A D  
Omnia  
sum creata  
omnia, & c  
stunt.

Post distri  
to yniuersali fi  
creaturam ab in  
simul est cong  
dam, quibus c  
feritur, & quat  
mum, quòd o  
ipius diuina pe  
quòd omnia lum  
gloriam & laude  
iplum glorificen  
ria Christi diuin  
rum concludit  
omnia: vnde  
colligitur. Qu  
constant: vt  
tia, qua omnes  
seruat, comme  
um nostrum e  
tiam in ipsur  
nos ortum n  
re, & eò cond



AD COLOSS.

Omnia per ipsum & in ipsum  
 sum creata sunt, & ipse est ante  
 omnia, & omnia in ipso consi-  
 stunt.

Post distributionem, ad genus addi-  
 to vniuersali signo, redit, ne quis vllam  
 creaturam ab imperio Christi exciperet, &  
 simul est congeries attributorum quorun-  
 dam, quibus diuinitas & gloria Christi as-  
 feritur, & quatuor Christo tribuuntur. Pri-  
 mum, quod omnia sunt per ipsum: vnde  
 ipsius diuina potentia astruitur. Deinde,  
 quod omnia sunt in ipsum, id est, in ipsius  
 gloriam & laudem, seu in eum finem, vt  
 ipsum glorificent & celebrent: vnde & glo-  
 ria Christi diuina, & finis rerum condita-  
 rum concluditur. Tertio, quod sit ante  
 omnia: vnde rursus æterna eius diuinitas  
 colligitur. Quarto, quod omnia in ipso  
 consistant: vnde ipsius æterna prouiden-  
 tia, qua omnes res, quasq; in suo statu con-  
 seruat, commendatur. Hæc omnia iudici-  
 um nostrum de filio Dei formare ac fidu-  
 tiam in ipsum alere debent, vt cogitemus  
 nos ortum nostrum per Christum habe-  
 re, & eò conditos esse, vt ipse à nobis glo-

D 3 rifice-

is concludi  
 priè signifi-  
 r & xlv lo-  
 m regale, vn-  
 n dignitatem  
 us tuus Deus  
 per thronos,  
 mirum ange-  
 odum hunc  
 terpretantur.  
 lominaciones,  
 rum Prima se-  
 n ad inferiori-  
 minantur &  
 r principatus  
 ercia, ius im-  
 ionibus non  
 lines, sed po-  
 , qui per an-  
 ates, domina-  
 ur, quia exer-  
 atam per Chi-  
 Sed quòd hæc  
 utione omnia  
 & subicit ei  
 sunt condita:  
 sti gloria, qui  
 turæ.  
 Omnia





EPIST. PAULI

rificetur. Hunc nostræ conditionis finem Diabolus impedire conatus, hominem in peccatum pertraxit, vnde rursus liberamur credentes per eundem, per quem primum creati sumus. Quare, Christo non solum primam creationem, verum etiam *παλιγγενεσίαν*, qua efficimur filij Dei, debemus.

Et ipse est caput corporis Ecclesie.

Ostendit, quæ sit natura filij Dei, quantæque potentia & gloria, nunc quale sit eius regnum peculiare in Ecclesia, declarat. Ac primum vocat ipsum caput corporis Ecclesie, qua appellatione quatuor nobis expendenda insinuatur. Primum, qualis nam sit mystica illa coniunctio Christi cum Ecclesia. Secundum, quanta Ecclesie beneficia à Christo capite conferantur. Tertium, imperium Christi in Ecclesia. Quartum, qualis nam sit unio membrorum, seu quomodo in corpus Ecclesie reponamur, coalescamus ac crescamus.

Quantum quidem ad primum attinet, hoc tenendum est. Quemadmodum caput naturale certis iuncturis, cum suo corpore

AD  
corpore coniur  
& homo, arcan  
ri suo mystico,  
et. Vnde fides  
pit. Nam inde  
clesiam discit.  
put corpori pro  
ponis curam g  
cruce petit. Vt  
mitantibus glo  
aliquando cu  
ficabimur. N  
glorificatum,  
arumnis relin  
Quanta ig  
Christus suæ E  
modo hic simili  
ta, insinuat  
sua vitam ac  
Ecclesia saluten  
tam capiti Ch  
est. Seu quem  
uos à cerebro  
mnibus mem  
pro cuiusq; p  
Christus nos  
suo spiritu vi  
ctus spiritus.



AD COLOSS.

corpore coniungitur: Ita Christus Deus & homo, arcano quodam vinculo, corpori suo mystico, quod est Ecclesia, iunctus est. Vnde fides geminum fructum percipit. Nam inde & affectum Christi erga Ecclesiam discit. Quemadmodum enim caput corpori prouidet: Ita Christus sui corporis curam gerit, & consolationem sub cruce petit. Vt enim ipse ab omnibus calamitatibus gloriosè liberatus est: Ita & nos aliquando cum capite liberamur & glorificabimur. Neque enim fieri potest, ut caput glorificatum, sua membra in perpetuis ærumnis relinquat.

Quanta igitur sint beneficia, quæ Christus suæ Ecclesiæ præstat, quodammodo hîc similitudine, quamuis implicata, insinuatur. Vt enim corpus omnem suam vitam ac vigorem ducit à capite: Ita Ecclesia salutem omnem ac uigorem & vitam capiti Christo acceptam ferat, necesse est. Seu quemadmodum spiritus per nervos à cerebro ipso descendens, sensum omnibus membris alioqui inefficacibus, pro cuiusque proportione communicat: sic Christus nos sua membra alioqui mortua, suo spiritu viuificat, ut iam uiui facti fructus spiritus edere valeamus. Hinc ut fi-

D 4 des



EPIST. PAULI

des salutem omnem ac vitam in solo Christo residere: Ita in solum illum omnem fiduciam collocare discit.

Imperium Christi in Ecclesia est veluti capitis in corpus. In Ecclesia enim seu in regno spirituali praesidet hic monarcha Iesus Christus, qui solus in regno suo ἀνωτερόν est. Ex quo fides non solum colligit falli omnes, qui Ecclesiae aliud esse caput quam Iesum Christum sentiunt, verum etiam monetur, ut subiiciat se huic Monarchae, eiq; seruiat in iusticia & sanctitate, omnibus diebus vitae suae.

Corporis igitur metaphora significatur, qualis nam sit unio Ecclesiae, & quomodo in corpus Ecclesiae aptemur, coalescamus & crescamus. Hanc unionem, hanc mutuam connexionem & incrementum Paulus ad Ephes. 4. his verbis describit: Adolescamus in eum per omnia, qui est caput, nempe Christus, ex quo totum corpus compositum & compactum, per omnem iuncturam subministrationis, secundum efficaciam in mensuram uniuscuiusque partis, incrementum corporis facit, in aedificationem sui in caritate. Hic Paulus vocat Ecclesiam corpus, non quoduis, sed

A D  
sed compositum  
scelus loquitur  
et, ita constructum  
membra sibi n  
neq; respondeat  
voce, membro  
dam, & propor  
fit, hoc est, Ecc  
compactum est  
plurim, id est, it  
subiiciatur pe  
nis, hoc est, pe  
tibus, vnum  
cat & submini  
à capite per om  
nificio iunctura  
haerent, diffun  
modo cuiusq;  
membra plus c  
te descendente  
mystica corpor  
percipiunt, p  
est, & vile ac  
tum, Quod e  
dicitur, cum  
exercitijs ma  
guli Christia  
Ex his i



AD COLOSS.

sed compositum, seu vt significantius Apostolus loquitur, σωαρμολογόμενον, hoc est, ita constructum, vt apta proportione membra sibi mutuò cohæreant, concinneq; respondeant. Significatur igitur hac voce, membrorum inter se relatio quædam, & proportio debita in Corpore Christi, hoc est, Ecclesia. Deinde, idem corpus compactum esse dicit, græcè συμβιβασόμενον, id est, ita connexum, vt aptè capiti subijciatur per iuncturam subministratio- nis, hoc est, per iuncturas, quibus median- tibus, vnum membrum alteri communi- cat & subministrat vitalem spiritum, qui à capite per omnia membra corporis be- neficio iuncturarum ( quibus membra co- hærent ) diffunditur, idq; efficaciter pro modo cuiusq; membri. Vt enim alia membra plus quàm alia de spiritu ex capi- te descendente percipiunt : Sic membra mystici corporis Christi, ex spiritu Christi percipiunt, prout singulis commodum est, & utile ad totius corporis incremen- tum. Quod quidem corpus tum crescere dicitur, cum in noticia Christi & pietatis exercitijs maiora incrementa sumunt sin- guli Christiani.

Ex his iam patere existimo, quantam

D 5 doctri-



EPIST. PAULI

doctrinam contineat in se breuius hæc Pauli propositio: Christus est caput corporis Ecclesiæ, vnde in genere confirmatur articulus fidei nostræ de Ecclesiâ, Et admonemur, vt fide Christo capiti adhæreamus, ac mutus dilectionis officijs inter nos coalescamus.

**Ipse est principium, primogenitus ex mortuis.**

Hanc propositionem in hunc modum resoluit Athanasius: Principium resurrectionis est ille, quia primus omnium resurrexit, & quia dolores mortis dissoluit, merito primogenitus dicitur. Vocabulum ἀρχῆς potest accipi pro primitijs, vt fit allusio ad frugum primitias, quæ Domino offerebantur in veteri testamento. Ac tunc potest resolui propositio in hunc sensum, vt manipulo aliquo primitiarum oblato, reliquæ messi benedicebatur: ita vno Domino resurgente tanquam patri cœlesti oblato, vis viuifica resurrectionis Christi ad nos omnes diffunditur. Vt veluti is nunc resurrexit: ita & nos suo tempore resurgamus. Duabus igitur de causis dicitur principium, seu primitiæ, seu primogenitus

A D  
mogenitus mort  
iple primus resur  
tus. Deinde, c  
tionis in Christe  
Vnde firma est  
rinth: 15. Si Ch  
rum erit resurrec  
rum primitiæ.  
quod quemadr  
tor rerum om  
est generis hu  
hinc articulus  
de qua dum ca  
ad verbum pro  
ad potentiam D  
ctionis, in quib  
rectio sanctificat  
dem resurrection  
rationis absurd  
stremum dem  
nulla resurrect  
terea sit hic le  
contra omnes  
quod sit dum t  
tarem resurrec  
nostram, resu  
viuendo ver  
lando ad im



AD COLOSS.

mogenitus mortuorum. Primum, quia ipse primus resurrexit, non amplius moriturus. Deinde, quia virtus nostræ resurrectionis in Christi resurrectione includitur. Vnde firma est consequentia Pauli 1. Corinth: 15. Si Christus resurrexit, mortuorum erit resurrectio Est enim ipse mortuorum primitiæ. Hinc Primum discamus, quòd quemadmodum Christus est creator rerum omnium: ita quoq; reparator est generis humanis. Deinde confirmetur hinc articulus resurrectionis mortuorum, de qua dum cogitamus, respicere oportet ad verbum promissionis de resurrectione, ad potentiam Dei & ad primitias resurrectionis, in quibus primitiis & nostra resurrectio sanctificata est. Horum primum fidem resurrectionis docet: Medium cœcæ rationis absurda argumenta euertit. Postremum demonstratio euidens est promissæ resurrectionis & exemplum. Præterea sit hic locus auxiliare pharmacum contra omnes ærumnas præsentis vitæ, quòd fit dum rectè meditatur hanc salutarem resurrectionem, per totam vitam nostram, resurgendo quidem à peccato, viuendo verò in nouitate vitæ, & anhelando ad immortalitatis gloriam, Est enim spiri-





EPIST. PAULI

spiritualis regeneratio, meditatio futuræ resurrectionis & æternæ beatitudinis credentium, quæ resurrectionem sequetur. Contrà moneantur impœnitentes de æternis supplicijs, quæ sine fine luent, nisi hîc per pœnitentiam ad Deum fuerint conuersi.

**Vt sit in omnibus ipse primatum tenens.**

Quò pertineant ea, quæ dixerat, ostendit, & colligit Christum, dominum & principem esse vniuersorum, vt qui ante omnia natus ex Deo, cuncta creauerit, qui accepta carne, de virgine natus sit, deinde & mortuus, vt Ecclesiæ caput esset, qui resurrexit, vt quæ primum creauerat, iterum recrearet & reformaret, vt semper sit in omnibus primus ac princeps agnoscendus & colendus. In Christi igitur honorem sacrilegè perumpunt, qui creaturis hanc Christi gloriam tribuunt.

**Quoniam in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare.**

Ratio

A D  
Ratio prim  
Placuit Deo pat  
id est, ipsum fon  
sapientia, iusticia  
bitare in Christo.  
Ecclesia sibi ver  
doctrinam Eccle  
aliunde petunt i  
ex plenitudine i  
bitat. Nam si c  
filio, vt omne  
non solum ipsi  
in se credentiu  
gloria & honori  
quor aliunde vel  
culam querenda  
honorum aut sal  
stium querenda,  
plenitudinem C  
caret. Quare, in  
recumbamus, &  
ab hoc omnis b  
Et per ip  
liare sibi.  
Quid fruct  
honorum in C  
siam peruenia



AD COLOSS.

Ratio primatus Christi in Ecclesia.

Placuit Deo patri omnem plenitudinem, id est, ipsum fontem omnium bonorum, sapientiæ, iusticiæ, sanctitatis & salutis habitare in Christo. Igitur iure primatum in Ecclesia sibi vendicat. Hæc confirmant doctrinam Ecclesiæ contra iusticiarios, qui aliundè petunt iusticiam & salutem, quam ex plenitudine hac, quæ in Christo inhabitat. Nam si omnis plenitudo habitat in filio, ut omnes ex eo sumamus, sequitur non solum ipsum vnicum salutis autorem in se credentium esse, verum etiam quod gloriæ & honori Christi detrahant, quotquot aliunde vel minimam salutis particulam quærendam docent. Si enim vlla bonorum aut salutis pars esset extra Christum quærenda, perperam Paulus omnem plenitudinem Christo tribendam prædicaret. Quare, in hunc solum firma fiducia recumbamus, & hauriamus omnia bona ab hoc omnis bonitatis fonte.

Et per ipsum omnia reconciliare sibi.

Quid fructus ex plenitudine omnium bonorum in Christo habitante ad Ecclesiam perueniat, hac propositione docet.

Pleni-



EPIST. PAULI

Plenitudo enim illa eò pertinet, vt per CHRISTVM Pater cœlestis offensus, reconcilietur cum homine. Est ergo hic honos reconciliationis soli Christo tribudus. Quare errant omnes, qui Deum placari putant alia quavis re, quàm per vnicum filium.

**Pacificans per sanguinem crucis eius per ipsum.**

Modum reconciliationis exprimit. Per sanguinem crucis, ipsam Christi victimam & obedientiam intelligit, quæ est λύτρον & precium redemptionis seu reconciliationis nostri cum Deo. Hinc canunt Angeli nato Christo, **Gloria in excelsis Deo, in terra Pax.** Hæc pax est mutuus consensus Dei & hominis: Dei quidem, remittis offensam, propter victimam & interpellationem mediatoris Iesu Christi: Hominis verò accipientis fide oblatam remissionem offensæ. Vnde ad Deum accessum nactus homo, huius pacis fructum expectat vitam æternam.

**Siue quæ in terra, siue quæ in cœlis sunt.**

Quo-

AD  
Quousq; se  
facta extendit,  
nimirum quòd  
perineat, sed di  
gulos mutation  
confirmat, quò  
extra defectionis  
homines cum à  
berantur, tum l  
tur, vt ita in co  
concordia, pe  
parta.  
Et uos,  
abalienati &  
peribus mal  
uit, in corpo  
mortem.  
Accommo  
ad vtròq; ru. Ip  
plicat benefici  
vt diligentius  
quanta bona p  
collationem di  
nis eorum ad  
cationem per  
per prædicati



AD COLOSS.

Quousq; se pacificatio per Christum facta extendit, distributione hac indicat, nimirum quod ad homines & angelos pertineat, sed diuersimodè. Vt enim angelos mutationi & defectiōi obnoxios confirmat, quò perpetuum suum statum extra defectiōis periculum retineant; Ita homines cum à perditione commerita liberantur, tum beatitudine æterna donantur, vt ita in cœlis & terra firma stet pax & concordia, per Christum pacificatorem, parta.

Et uos, qui aliquando eratis abalienati & inimici sensu in operibus malis, nunc reconciliauit, in corpore carnis suæ per mortem.

Accommodat doctrinam generalem ad ὑπόθεσιν. Iplis enim Colossensibus applicat beneficia Christi, quæ recensuit. Et vt diligentius perpendant Colossenses quanta bona per Christum consecuti sint, collationem duplicis status seu conditionis eorum adhibet. Ante quidem pacificationem peractam per Christum, sibiq; per prædicationem communicatam, fuerunt



EPIST. PAULI

runt vt reliqui, abalienati & inimici Dei, idq̃ sensu seu cogitatione & voluntate, id quod satis ipsorum praua opera docebant, quæ non nisi ex prauo sensu & voluntate à Deo auersa proficisci potuerunt. Pacificatione verò facta ac communicata ipsis per Euangelium, reconciliati sunt, hoc est, ad Deum conuersi, atq̃ adeo ipsius amici facti sunt, per corpus Christi humanum in mortem traditum, ad expianda hominum peccata.

Sine itaq̃ Christi victima abalienati sunt homines à Deo, eiusq̃ inimici censentur. Contrà verò per victimam Christi, dum in ipsum creditur, amici imò filij Dei efficiuntur homines. Admoneat igitur hic locus nos cum nostræ miseræ, tum felicitatis. Miseræ quidem, dum extra Christum erramus, hostes & inimici Dei, destinati pœnis æternis. Felicitatis verò, dum Christum reconciliatorem firma fide apprehendimus, per quem æternæ beatitudinis efficimur consortes.

Vt exhiberet uos sanctos & immaculatos & irreprehensibiles coram se.

Ad

AD  
Ad quid rec  
stum docet, nim  
Deo sancti, imm  
les. Quibus ve  
qualis nam Chr  
Primum requirit  
probatur, dum  
rum cultum pra  
& prophanis er  
mus & u. u. o. i. id  
delicet bonan  
iplos retinemu  
Tum, vt simu  
& u. y. a. n. o. i. id est  
vllum crimen poi  
hil admiserunt, cu  
cari debeant. Has  
res ad Titum 2. n  
tatis appellati  
num discamus,  
nescio coniunct  
tionis spiritualis  
nobis à Deo nat  
tificatio, quæ  
Non igitur co  
peccatorum, v  
ruamus præcip  
simul donamu



AD COLOSS.

Ad quid reconciliemur Deo per Christum docet, nimirum ut sistamur coram Deo sancti, immaculati & irreprehensibiles. Quibus verbis brevissimè describit qualis nam Christiana vita esse debeat. Primum requiritur sanctitas, qua Deo approbamus, dum purificati fide Deo verum cultum præstamus, relictis Ethnicis & prophanis erroribus. Deinde, ut simus ἄμωμοι, id est, immaculati, dum videlicet bonam conscientiam apud nos ipsos retinemus, exuto corpore peccati. Tum, ut simus irreprehensibiles, græcè ἀνέγκλητοι, id est, tales in quos nemo iure ullum crimen possit impingere, seu qui nihil admiserunt, cuius ob causam in ius vocari debeant. Has tres vitæ Christianæ partes ad Titum 2. modestiæ, iusticiæ & pietatis appellationibus intelligit. Hinc primum discamus, cum reconciliationis beneficio coniunctam esse gratiam regenerationis spiritualis. Nam ut Christus est nobis à Deo natus iusticia: ita etiam sanctificatio, quæ in vitæ novitate relucet. Non igitur consequimur remissionem peccatorum, ut postea veluti laxatis frenis ruamus præcipites in quævis flagitia, sed simul donamur Spiritu sancto, per quem

E rege-



EPIST. PAULI

regeneramur indies magis magisque. Prinde hæc duo obseruemus. Vnum, quòd sine reconciliatione nemo ad innocentiam peruenire verè possit. Alterum, quòd vitæ nouitas seu regeneratio, vt perpetuò reconciliatione coniuncta est: ita firmissimum reconciliationis factæ indicium existit. Vbi enim iuxta carnem viuatur, ibi spiritus dominium nullum est.

Siquidem permanetis in fide fundati & firmi, & non dimouemini à spe Euangelij, quod audistis, & quod prædicatum est apud uniuersam creaturam, quæ sub cælo est, cuius factus sum ego Paulus minister.

Quomodo rata sit futura reconciliatio, & quomodo sanctitati & innocentie studere possint Colossenses, his verbis docetur. Requiritur enim ad vtrumque fidei stabilitas & perseuerantia in doctrina Euangelij, vnde spes salutis concipitur. Obseruandum hinc Primum, quòd vt fidem facit instrumentum, quo reconciliatio recipitur

AD C  
pitur & possidetur  
tatis & innocen  
fitur, cum qua fi  
angelij, id est, spes  
um prædicat. De  
Stoicas imaginati  
quod in fide fun  
relabi in pristina  
te excidere, Rom  
vt qui primitias  
pergamus, ac vi  
hæreamus doct  
operante Spiritu  
tur & augetur, m  
sistamus spiritui I  
quit: Quod præd  
creaturam, illud E  
quod ab Epaphro  
prædicandum ip  
niuersum orbem  
strum ipse Paulu  
pertinet, vt Cole  
cepta per Epaph  
Pseudoapostolor  
Euangelio abdu  
lus cæteri que Ap  
cuisset. Est enim  
saram Ecclesiar



AD COLOSS.

pitur & possidetur : ita eandem omnis sanctitatis & innocentiae fundamentum constituit, cum qua fide coniuncta est spes Evangelij, id est, spes salutis, quam Evangelium prædicat. Deinde obseruetur contra Stoicas imaginationes de prædestinatione, quòd in fide fundati & iustificati, possint relabi in pristinam impietatem, & ita salute excidere, Roman: II. Vnde monemur, vt qui primitias fidei percepimus, strenuè pergamus, ac vsq; ad finem constanter adhæreamus doctrinæ Evangelij, vnde fides, operante Spiritu sancto, concipitur, alitur & augetur, modo ipsi malignè non resistamus spiritui Dei. Præterea dum inquit: Quod prædicatum est apud omnem creaturam, illud Evangelium commendat, quod ab Epaphra acceperant, ad quod prædicandum ipsi Christi Apostoli in vniuersum orbem missi sunt, cuius ministrum ipse Paulus se esse fatetur, Quod eò pertinet, vt Colossenses permaneant in accepta per Epaphran doctrina, nec sinant se Pseudoapostolorum imposturis à vero Evangelio abduci, tanquam aliud Paulus cæteriq; Apostoli, aliud Epaphras docuisset. Est enim valde vtile audire diuersarum Ecclesiarum ministros in doctrina

E 2 con-



EPIST. PAULI  
consentire. Non enim parum confirmat  
Ecclesias videre consensum docentium.

Nunc gaudeo in passionibus  
meis pro uobis.

Prolepsi quodam anticipat obiectionem, quæ ex cruce Pauli extrui poterat, ad extenuandam ministerij ipsius auctoritatem. Solent enim homines res ex præsentis euentu estimare. Dicit igitur se gaudere in passionibus, quas perfert pro Colossensibus erudiendis, fouendis ac confirmandis in sana doctrina. Quod quidem exemplum ministris uerbi duo commendat. Vnum, ut nullum periculum detrectent subire pro ædificanda Ecclesia. Alterum, ut gaudeant contra carnis sensum, quoties crucem Euangelij promouendi gratia ferre coguntur.

Et adimpleo ea, quæ desunt afflictionibus Christi, in carne mea.

Ratio est propositionis à passionis suæ communionem. Se enim conformem ac socium Christi, dum patitur, statuit, quæ sanè

AD  
nè maxima est gl  
der Paulus, quod  
datur conformis  
scant hinc primi  
omnes pñ, sumit  
reputari, si quis  
patiatur. Hoc er  
ginis filij Dei est  
tum argumentu  
cum Christo p  
membra ipsius  
ne contra tunc  
hic impingam  
vrgentes tunc  
concludunt san  
thesaurum Eccl  
toria, ut quæ pe  
to expient. Sec  
nostræ analogia  
implet is qñ  
carnelua, dum  
titur. Hic e  
Christus, cum  
ligendus est. V  
cit, rem in Ch  
corpore. Vb  
mine intelligi  
ctiam corpus



AD COLOSS.

nè maxima est gloria. Quarè meritò gaudet Paulus, quòd per suas afflictiones reddatur conformis imaginis filij Dei. Discant hinc primum ministri verbi, deinde omnes pñ, summam gloriam apud Deum reputari, si quis pro Euangelio ac pietate patiatur. Hoc enim pacto conformes imaginis filij Dei efficiuntur. Quod sanè certum argumentum est, fore, vt aliquando cum Christo percipiant læta, qui hñc vt membra ipsius patiuntur aduersa. Porrò, ne contra ἀναλογίαν fidei, cum Sophistis hñc impingamus, cauendum est. Illi enim vrgentes τὸ ῥητόν, ex hoc loco inferunt & concludunt sanctorum martyria ( quæ thesaurum Ecclesiæ vocant ) esse propiciatoria, vt quæ peccata hominum suo merito expient. Sed eos peccare contra fidei nostræ analogian manifestum est. Paulus implet ἰσχυρίματα afflictionum Christi in carne sua, dum vt membrum Christi patitur. Hñc enim Christi nomine totus Christus, cum suo corpore mystico, intelligendus est. Vt I. ad Corinth: 12. cum dicit, rem in Christo se habere, vt in humano corpore. Vbi manifestum est Christi nomine intelligi, non solum ipsum caput, sed etiam corpus totum mysticum, hoc est, Ec-

E 3 clesi-





EPIST. PAULI

clesiam. Tantisper igitur deest aliquid afflictionibus Christi, donec aliquis sanctorum superfuerit in mundo, qui ut membrum corporis cum capite feret ærumnas, donec vnà cum capite glorificetur. Sensus, quem his verbis assuunt Sophistæ, claris scripturæ dictis refutatur. Si enim Christus est agnus tollens peccata mundi: Si sanguis ipsius purgat nos ab omni iniquitate: Si in ipso habitat omnis plenitudo: Si vnica oblatione perfectos efficit in perpetuum eos, qui sanctificantur, Sequitur passiones Pauli & aliorum martyrum nequaquam esse expiatorias. Illorum enim afflictiones singulares fuere, non pro alijs meritoria.

Pro corpore eius, quod est Ecclesia.

Causam præsentis suæ afflictionis exprimit. Dicit enim se pati pro corpore Christi, non quidem redimendo, sed ædificando per suum ministerium, vnde subdit:

Cuius factus sum minister,  
secundum dispensationem Dei,  
quæ

AD C

quæ data est m

In græco relatiu  
Cuius, subaudi Eccle  
est ratio, cur pro Ecc  
rum quia minister et  
spensatione, Proinde  
ministerij gratia pati

Ad imple

Dei.

Finis ministerij  
gumentum commen  
autore. Implendi ve  
prædicationis dilige  
ministeris verbi imitar

Mysterium  
seculis & à gene

Ne quis Euan  
strinæ genus conte  
illud commendat,  
cellentia, Cur aute  
rium dicatur, plu  
Ephesi. explicatur  
redit, quod Euan  
dicatur, quia si



AD COLOSS.

quæ data est mihi erga uos.

In græco relatiuum fœmininum est. Cuius, subaudi Ecclesiæ, minister sum. Et est ratio, cur pro Ecclesia patitur, nimirum quia minister est Ecclesiæ, ex Dei dispensatione. Proinde non expiationis, sed ministerij gratia patitur Paulus.

Ad implendum sermonem Dei.

Finis ministerij Paulini, continens argumentum commendationis Euangelij ab autore. Implendi verbo significat Paulus prædicationis diligentiam & industriam ministris uerbi imitandum.

Mysterium reconditum à seculis & à generationibus.

Ne quis Euangelium ut nouum doctrinæ genus contemneret, ab antiquitate illud commendat, item à dignitate seu excellentia. Cur autem Euangelium mysterium dicatur, pluribus in Epistolam ad Ephes. i. explicatum est. Sed tota res huc redit, quòd Euangelium ideo mysterium dicatur, quia si uniuersum orbem in se

E 4 respi-



EPIST. PAULI

respicis, planè ignarus est huius doctrinæ. Non enim humanis aut physicis rationibus, hæc doctrina inuenta est, sed ex sinu æterni Patris allata ministerio Spiritus sancti dicitur. Deinde si confers tempus ante Christum exhibitum cum tempore manifestati Christi, haud immeritò relatione prioris temporis mysterium appellatur Euangelium. Ante enim Christum exhibitum sub obscuris verborum & ceremoniarum inuolucris significabatur, Sed Christo exhibitio plena claritate hæc cœlestis doctrina affulsit, ac nunc per prædicationem in salutem credentium, suos radios in vniuersum orbem transmittit. Hinc moneamur cum gratitudinis erga Deum, qui hoc suum arcanum nobis reuelauit in salutem nostrã, qui orandus est, vt suam cœlestem doctrinam in scholis & in templis inuiolatam conseruet, tum reuerentiæ erga hanc cœlestem doctrinam, vt ad ipsius lectionem & meditationem adferamus mentem puram, & rebus quæ traduntur attentam.

Nunc autem patefactum est  
sanctis illius, quibus uoluit Deus  
nos

AD C  
us notum face  
tia gloriosi hu  
gentes.

Ne quis huma  
uelationem huius  
lationis addit vol  
rum Dei. Vnde n  
sum, non ad homi  
quando in his a  
Euangelij verbur  
Dominus ad Eua  
nem ministerio hoc  
gum & ministrorum  
ta ex beneplacito De  
finamus mirari, cu  
alijs multis in dicit  
li claritas affulgea  
hac sua luce agam  
hunc thesaurum i  
ingratiudinem i  
dolor) plurima  
um temporum co

Qui est C  
Interpretati  
exprimit quod



AD COLOSS.

us notum facere, quæ sint diuinitæ gloriosi huius mysterij intergentes.

Ne quis humanis meritis ascribat reuelationem huius mysterij, causam reuelationis addit voluntatem seu beneplacitum Dei. Vnde nos discamus non ad casum, non ad hominum industriam referre, quando in his aut alijs regnis audimus Euangelij verbum sonare. Vtitur quidem Dominus ad Euangelij sui manifestationem ministerio hominum, vt piorum regum & ministrorum Euangelij, sed res tota ex beneplacito Dei dependet. Vnde desinamus mirari, cur nobis hodie & non alijs multis inclytitis regnis tanta Euangelij claritas affulgeat, Et gratias Deo pro hac sua luce agamus, simulq; grati, ne hunc thesaurum à nobis propter nostram ingratitude auferat, cuius rei (proh dolor) plurima exempla historiae omnium temporum continent.

Qui est Christus in uobis.

Interpretatio est. Nam vno verbo exprimit quodnam sit illud mysterium

E S glo-



EPIST. PAULI

gloriosum, nimirum Christus, qui possidetur fide. Porro, cum Christum nominat, duo intelligit. Primum, salutarem eius noticiam. Deinde, fiduciam ex notitia manantem. Notitia in tribus consistit. In naturam diuinæ & humanæ intelligentia. In personæ unitate, & in officij personæ cognitione. Fiducia talem eum sibi persuadet, qualis per Euangelium prædicatur, iuxta illud Iohan: 3. Hoc est præceptum eius, vt credatis nomini filij eius Iesu Christi, vnde nascitur fructus interior & exterior, qui timoris Dei seu cultus diuini nomine significatur.

Spes gloriæ.

Cum Christum spem gloriæ dicit, Primum significat in illo solo gloriandum esse, vt in eo, per quæ olim gloriam æternam consequemur, vnde omnia humana merita, omnes prærogatiuæ carnis conticescant oportet, vt qui gloriatur, in Domino gloriatur. Deinde colligitur ex his verbis, quod in hoc mundo non plenè hæc gloria possideatur, sed expectetur. Ex quo rursus monemur, vt hac spe contenti, totis viribus contendamus in salutis cursu, vt pro-

A D  
possum in Ch  
sequamur. Ta  
detur Christus  
quales nam fut  
vbi ille appar  
Christum glor  
credimus, et i  
in carnis infir  
ctione mortuo  
nobis fulgeb

Quen

Obiectum  
frus est, hunc p  
dum ipius v  
pretas hominum

Admon  
nem, & de  
nem, in or

Modum  
attent, cui  
nitionem &  
audiendum  
obiurgat, n  
eo pertinet  
cordibus. h



LI  
s, qui possi-  
ritum nomi-  
salutarem e-  
am ex noticia  
s confisit. In  
intelligentia.  
fficij persona  
rum sibi per-  
um prædica-  
hoc est præce-  
uni filij eius le-  
fructus interior  
i seu cultus di-

AD COLOSS.

positam in Christo gloriam tandem con-  
sequamur. Tametsi autem hîc fide possi-  
detur Christus: tamen nondum apparuit  
quales nam futuri simus, quàm gloriosi,  
vbi ille apparuerit. Possidemus quidem  
Christum gloriam nostram, dum in ipsum  
credimus, etsi imperfectius, quia sub cruce  
in carnis infirmitate, sed perfecta resurre-  
ctione mortuorum, solida Christi gloria in  
nobis fulgebit.

Quem nos prædicamus:

Obiectum igitur Euangelij solus Chri-  
stus est, hunc prædicare oportet, quod fit  
dum ipsius verbum sincerè citra corru-  
ptelas hominum annunciatur.

Admonentes omnem homi-  
nem, & docentes omnem homi-  
nem, in omni sapientia.

Modum prædicationis Apostolicæ  
attexit, cuius duas partes facit, Admo-  
nitionem & Doctrinam. Admonitio ad  
audiendum verbum inuitat, consolatur,  
obiurgat, instigat & excitat auditorem, &  
eò pertinet, vt doctrina ipsa radices agat in  
cordibus hominum, quò sistatur omnis  
homo,



EPIST. PAULI

homo perfectus coram Deo, Doctrina autem est Legis & Euangelij, Item aliorum locorum, qui ad Legis & Euangelij vim explicandam pertinent. In omni sapientia, id est, plena & absoluta sapientia de salute per Christum consequenda. Sic enim Paulus sæpe Hebræorum more utitur voce omnis, id quod suprâ aliquoties admonui. Obseruandus imprimis hic locus est. Confirmat enim & confutat. Confirmat pios, qui ex verbo Dei solo petunt salutis scientiam. Confutat aduersarios, qui Ecclesiæ Dei humana placita obtendunt, oppressa Euangelij puritate.

Ut sistamus omnem hominem perfectum in Christo Iesu.

Finis prædicationis, & effectus veræ sapientiæ, quam ex prædicatione consequimur. Ut enim finis prædicationis est, ut sapientia hæc solida ac cœlestis, omnibus hominib. prædicetur, quod mandato Christi etiam confirmatur, dicentis: Ite in mundum &c. Ita effectus huius sapientiæ est, omnem hominem sicut perfectum coram Deo in Christo Iesu. In solo enim Christo

A D  
sto sita est Christ  
rum demum pe  
quidem ad per  
hac vita contin  
nostra in nobis  
sti perfectionem  
puro colendi D  
ut simplici in  
possimus nos  
bere, ut Deo p  
ab obedientia  
impedimētis a  
hæc perfectio  
quàm ab impu  
mum colligam  
destinatam esse  
quitur. Deum or  
inde, quia non e  
minum culpa,  
tiam contemnu  
ma Christiane  
perfectum in  
tur error omni  
rebus extra Ch  
cant.

In que



LI  
**AD COLOSS.**

sto sita est Christianorum perfectio, in quo-  
 tum demum perfecti sumus ( quantum  
 quidem ad perfectionem attinet, quæ in  
 hac vita contingere potest, ) dum agnita  
 nostra in nobis ipsis imperfectione, Chri-  
 sti perfectionem fide possidemus, dumq[ue]  
 puro colendi Deum affectu ducimur, ita  
 ut simplici integritate præditi, testari  
 possimus nos hoc præcipue in votis ha-  
 bere, ut Deo placeamus, non sinentes nos  
 ab obedientia Dei ullis terrenis rebus aut  
 impedimētis auocari. Estimanda est igitur  
 hæc perfectio non tam à nostra qualitate,  
 quàm ab imputatione diuina. Hic Pri-  
 mum colligamus prædicationem verbi  
 destinatam esse omnibus, ex quo conse-  
 quitur, Deum omnium velle salutem. De-  
 inde, quia non omnes saluantur, id fieri ho-  
 minum culpa, qui hanc cœlestem sapien-  
 tiam contemnunt. Præterea, quæ sit sum-  
 ma Christianorum sapientia, nempe Iesu  
 perfectum in Christo Iesu, vnde confuta-  
 tur error omnium hominum, qui in alijs  
 rebus extra Christum perfectionem collo-  
 cant.

In quod etiam laboro, decer-  
 tans



EPIST. PAULI  
tans iuxta efficaciam eius, ope-  
rantem per me potenter.

Suam diligentiam & efficacem Dei in  
se operationem in suo ministerio ideò com-  
mendat, vt & alios suo exemplo excitet, &  
omnem gloriam vni Deo vendicet. Labo-  
rare dicit se decertando contra aduersarios  
sanæ doctrinæ, idq; cum fructu, per virtu-  
tem eius, qui in se potenter agit. Admone-  
antur igitur hinc ministri Euangelij, cum  
quòd otio & ignauia nihil promoueatur  
(labor enim magnus requiritur) tum quòd  
irritus sit omnis labor futurus, nisi suam  
efficaciam largiatur Dominus perpetuò  
implorandus, vt virtutem euangelizanti-  
bus largiatur.

## CAPVT SE- CVNDVM,

*Et tertia pars Epistole.*

SVMMA CAPITIS  
SECVNDI.

Hor-

A D  
Hortatur Paulus  
impofituris  
Christum, præfer  
plenitudo scienti

ORDO ET  
PITIS

IN hoc secundo  
partem aggred  
suprà dixi) cor  
tra infidias ver  
losophia, con  
nas traditiones.  
veræ doctrinæ co  
ro hoc secundo  
rum vt ordo cap  
tationis illustrior  
primis occasio, c  
seu scopus, & tra  
nem in principie  
ctores, qui sua  
zizania spargen  
fraudes & corru  
legis de cibo, pe  
inde principali  
rectè didicera  
quoq; human



AD COLOSS.

**H**ortatur Paulus Colossenses, ne ullis  
Himposturis sinant se abduci à fide in  
Christum, præsertim cum in eo solo omnis  
plenitudo scientiæ salutaris reperiatur.

ORDO ET PARTES CA-  
PITIS SECUNDI.

**I**N hoc secundo capite tertiam Epistolæ  
partem aggreditur Apostolus, quæ ( vt  
suprà dixi ) continet disputationem con-  
tra insidias veræ doctrinæ per abusum phi-  
losophiæ, contra Mosaicos ritus & huma-  
nas traditiones. Breuiter, contra omnes  
veræ doctrinæ corruptelas. Et hæc pars  
toto hoc secundo capite absolvitur. Ve-  
rum vt ordo capituli & œconomia dispu-  
tationis illustrior habeatur, obseruetur in-  
primis occasio, quæstio principalis, finis  
seu scopus, & tractationis ordo. Occasio-  
nem in principio ostendi dedisse falsos do-  
ctores, qui sua in agro Domini cœperant  
zizania spargere, videlicet philosophicas  
fraudes & corruptelas ex cacozelia veteris  
legis de cibo, potu, festis &c. Quæstio pro-  
inde principalis est, num Colossenses, qui  
rectè didicerant Christum, nunc debeant  
quoq; humanas traditiones & cultus lega-  
les



EPIST. PAULI

les recipere, nec ne. Paulus negatiuam quæstionis thesin assumit probandam, videlicet quòd non debeant Christiani traditiones humanas aut legales recipere, idq; propter has causas. Vt pura maneat doctrina Euangelij absq; fermento humanarum traditionum. Vt honos suus Christo seruetur integer, vtq; certa sit animarum salus, quæ per vnum Christum contingit. Porro, tractationis ordo naturalis est. Nam quatuor partibus præsens disputatio absoluitur, Exordio, Propositione, Confirmatione, Conclusionem. Quæ partes ita prorsus ordinantur & explicantur, vt iusta methodus & docendi ratio requirit,

EXEGESIS CAPITIS  
SECUNDI, CVM OBSER=  
*uatione doctrinarum.*

Volo autem uos scire, quantum certamen sustineam pro uobis, & ijs, qui sunt Laodiceæ, & quotquot non uiderunt faciem meam in carne.

Pro-

AD  
Propositio ex  
benevolentiam ab  
gra Colossenses, p  
stinet contra falso  
humana sapientia  
ceritatem doctrina  
tur hoc exemplo r  
fortiter opponant  
ctinæ.

Vt cons  
rum compa

Ratio prop  
suscepti certaminis  
enim fructus prim  
consolatio cordium  
in caritate coniun  
connexi sunt mutu  
secus atq; membra  
cturis sibi inuicem  
& recreantur.

Et in omni  
tæ persuasion  
agnitione m  
tris & Christ

Alter finis



LI  
us negatiuan  
probandam  
ant Christian  
legales recipere  
t pura man  
mento huma  
nos suos Chr  
erta fit anim  
Christum con  
sordo natural  
is prebens dispu  
io, Propositione  
one, Quæ parte  
explicatur, v  
li ratio requirit

AD COLOSS.

Propositio exordij est, in quo captat benevolentiam ab affectu suo & studio erga Colossenses, pro quibus certamen sustinet contra falsos doctores, qui volunt humana sapientia & legalibus ritibus sinceritatem doctrinæ turbare. Admoneantur hoc exemplo ministri Euangelij, vt se fortiter opponant corruptoribus sanæ doctrinæ.

Vt consolentur corda ipsorum compactorum in caritate.

Ratio propositionis exordij à finibus suscepti certaminis pro Colossensibus. Est enim fructus primus sinceræ doctrinæ, consolatio cordium eorum hominum, qui in caritate coniuncti inter sese, ac veluti connexi sunt mutuis caritatis officijs, non secus atq; membra eiusdem corporis iuncturis sibi inuicem alligata, vnâ fouentur & recreantur.

Et in omnem opulentiam certæ persuasionis intelligentiæ, in agnitione mysterij Dei & Patris & Christi.

Alter finis suscepti certaminis, cuius  
F            sensus

Pro



EPIST. PAULI

sensus ita resolui potest. Hoc ingens certamen etiam sustineo, ut adeo plena & opulenta abundant persuasione in sinceræ doctrinæ intelligentia, ut perfectè persuasi, mysterium Dei & Patris & Christi, hoc est, ipsum Euangelium solidè percipiant. Huc igitur piorum ministrorum conatus tendant, ut solidè doceant, quò auditores plenam Christi intelligentiam consequantur. Quod cum fit, non facile patebit aditus malis doctoribus ad euertendam doctrinam. Contrà, ubi segniter traditur doctrina, relinquitur populus dubius & instabilis, unde fit, ut facile quouis doctrinæ vento concutiatur. Porro, mysterium Dei & Patris & Christi ideo Euangelium nominat, quia in Euangelio reuelatur maiestas Dei & affectus eius paternus erga nos per Christum, unde tria colligamus. Primum, Deum per Euangelium innotescere. Deinde, illum ipsum paternum animum erga nos gerere. Tertio, nos in Christo, cum eum fide possidemus, patrem agnoscere. Qui, inquit, videt me, videt & Patrem.

In quo sunt omnes thesauri sapientiæ ac scientiæ reconditi.

Abso-

AD  
Absolutam  
que sanè ad salute  
cum Christo abse  
dignitatem Euang  
animos nostros au  
que sunt extra C  
consequendæ rati  
illo sunt thesauri  
gnitionis, desip  
hunc thesaurum  
Porro, sapientia  
distinguo, ut p  
salutis negotio  
ad scienter seu pru  
dam iuxta verbum

Hoc autem  
decipiat serm

Usum super  
strat, nimirum  
subiles sapient  
ries contemnunt  
nis suauitatem  
Christo nos a  
cus diligenter  
enim, ut simj



AD COLOSS.

Absolutam sapientiam & plenam, quæ sanè ad salutem consequendam sufficit, in Christo absconditam monet, cum ut dignitatem Euangelij commendet, tum ut animos nostros auocet ab omnibus rebus, quæ sunt extra Christum, quoties salutis consequendæ ratio quæritur. Si enim in illo sunt thesauri omnis sapientiæ & cognitionis, desipiunt profectò, qui extra hunc thesaurum scientiam salutis quærent. Porro, sapientiæ & cognitionis vocabula distinguo, ut prius ad mentis rectam de salutis negotio instructionem: posterius ad scienter seu prudenter vitam informandam iuxta verbum referatur.

Hoc autem dico, ne quis uos decipiat sermone persuasibili.

Vsum superioris dicti egregiè monstrat, nimirum ut solo Christo contenti, subtiles sapientum mundi ratiocinationes contemnamus, non morantes sermonis suauitatem, & leporem eorum, qui à Christo nos abducere conantur. Hic locus diligenter obseruandus est. Monet enim, ut simplicem doctrinam Christi re-

F 2 tinea-



EPIST. PAULI

tineamus. Monet vt extra Christum in salutis negotio nihil quæramus. Monet cauendas orationis inuidias. Monet non suscipere eloquentiam hominum, sed veritatis simplicitatem amplecti & amare.

**Etsi enim carne absum, spiritu tamen uobiscum.**

Occupatio est. Nam poterant admirari Colossenses, cur sibi adeo à se remotis, & antea non visis, admonitionem scriberet. At Paulus hanc obiectionem diluit per distinctionem. Sum quidem remotus à uobis corpore, sed & corde & animo, quo uos in Christo complector, uobis adsum. Hoc verè Apostolicum est, non solum præsentium auditorum, verum etiam absentium & remotorum curam gerere.

**Gaudens ac uidens uestrum ordinem & stabilitatem uestre in Christum fidei.**

Commendatio Ecclesiæ Colossensium cum captatione beneuolentiæ, ab animi sui affectu erga illos. Cùm enim commendat Ecclesiæ Colossensium statum præsentem, non solum bene constitutum  
signi-

A D

significat, verum  
eodem statu per  
ecclesiastico statu d  
dinem & stabilit  
Ordo quidem ne  
centium & discen  
morum disciplin  
dine plura ad Ep  
bilis fidei, fur  
pe ipsum Christ  
re non potest.  
ἀρετῆς ἢ βαρβα  
rudere conant  
concitati, nihil re  
ipsi somniant.  
qui omnes nervos  
ta fide in Christu  
nibus pendeamus

Sicut er  
Christum I  
ambulate, r  
in ipso, &  
quemadme  
abundante  
actionem.



LI  
 AD COLOSS.

significat, verum etiam tacite monet, vt in eodem statu permaneant. Porro, in Ecclesiastico statu duo laudat, nimirum ordinem & stabilitatem fidei in Christum. Ordo quidem non regni formam, sed docentium & discipulorum rationem habet, & morum disciplinam continet, de quo ordine plura ad Ephesios dicta sunt. Stabilitas fidei, fundamentum retinet, nempe ipsum Christum, sine quo Ecclesia stare non potest. Fugiamus ergo omnes, qui ἀταξίαν barbaricam Ecclesie Christi obtrudere conantur, vt qui Enthusiasmo concitati, nihil rectum ducunt, nisi quod ipsi somniarunt. Damnemus & Papistas, qui omnes neruos eò intendunt, vt sepulta fide in Christum, ex humanis traditionibus pendeamus

Sicut ergo accepistis Iesum Christum Dominum, in ipso ambulate, radicati & ædificati in ipso, & confirmati in fide, quemadmodum edocti estis, abundantes in ea per gratiarum actionem.

F 3 Ulatio



## EPIST. PAULI

Illatio exhortatoria est ad constantiam in vera doctrina, quam ab Epaphra didicerant. Hic locus triplicem doctrinam continet. Primum enim quomodo Christo adhærendum sit, Deinde, quid præstet fides, Postremò quomodo fides incrementa sumat, docet. Quomodo autem Christo adhærendum sit, triplici similitudine docet. Primo enim loco confert Christum viæ, nos viatoribus. Quare, nisi errare libet, hæc via sola tenenda est, quod fit, dum in ipsius doctrina constanter permanemus. Deinde confert Christum radici, nos verò arbori seu ramis. Si ergo fructificare volumus, in radice manendum est, ex radicis succo viuendum, & crescendum est. Præterea confert Christum fundamento, nos ædificio. Nisi igitur collabi placet, fundamento innitendum est. Sed quid præstat fides? Confirmat inquit fidem. Quare fides hoc præstat, vt & in via sine errore curras, & in radice cum fructu permaneas, & super fundamento fixus & immotus perstes. In hac fide tum demum crescimus & abundamus, quando accedit frequens gratiarum actio. Hac enim, quemadmodum verbo & sacramentis, alitur & augetur fides.

Videte

AD

Videte n  
deprædetur  
& inanem d  
traditionem  
menta mund  
Christum.

Propositio  
attentionis part  
ne amplificata  
fit, qui vos dep  
sanam Christi  
in quo pabulum  
eti estis, videte ig  
ta, qui lapsi & pra  
prædam abigant  
fi, id est, sanam d  
Philosophiam, e  
dem vocatur,  
quàm inanis d  
num traditioni  
ceremonias seu  
abducunt, quã  
ducunt, vobis  
propositionis  
Porro, q  
ciunt, qui hoc



AD COLOSS.

Videte ne quis sit, qui uos  
deprædetur per Philosophiam  
& inanem deceptionem, iuxta  
traditionem hominum, iuxta ele  
menta mundi & non secundum  
Christum.

Propositio est tertiæ partis Epistolæ,  
attentionis particula figurata ac expositio-  
ne amplificata. Videte, inquit, ne quis  
sit, qui vos deprædetur, ac si diceret: Per  
sanam Christi doctrinam in ouile Christi,  
in quo pabulum æternæ vitæ est, perdu-  
cti estis, videte igitur, ne Pseudoprophe-  
tæ, qui lupi & prædones pessimi sunt, vos  
prædam abigant, dum sepra ouilis Chri-  
sti, id est, sanam doctrinam interrumpunt per  
Philosophiam, eam videlicet, quæ sic qui-  
dem vocatur, & tamen nihil aliud est,  
quàm inanis deceptio, vt quæ ex homi-  
num traditione elementa mundi, hoc est,  
ceremonias seu res, quæ potius à Christo  
abducunt, quàm ad ipsum quenquam ad-  
ducunt, vobis obtrudit. Hic est simplex  
propositionis sensus.

Porro, quemadmodum perperam fa-  
ciunt, qui hoc loco abutuntur ad damnandam

F 4 dam



EPIST. PAULI

dam viuersam Philosophiam, quæ reuera excellens donum Dei est: Ita damnantur hoc dicto Pauli, qui ex corrupta philosophia Ecclesiæ Christi vllum dogma obtrudere tentant, tanq̃ in negotio salutis necessarium. Vna est doctrina salutaris de cælo allata, quæ continet omnes thesauros sapientiæ & cognitionis salutaris. Verùm quemadmodum olim populus Israëliticus ad extructionem tabernaculi vsus est opibus Aegyptijs: Ita nos quoq̃ sciamus vsurpandas esse Philosophiæ veræ partes, non ad destruendam Ecclesiam, sed ad ei seruiendum. Etsi igitur solum verbum Dei salutare est hominibus, interea tamen non sunt contemnenda alia Dei dona, quæ non parum suo quodam modo ad ædificationem Ecclesiæ faciunt. Quis quæso phrases scripturæ intelligat sine Grammatica? quis partes longioris orationis? quis disputationum seriem? quis argumentorum virtutes percipiat, artis Dialecticæ rudis? An non Paulus in Episcopo requirit, vt sit aptus ad docendum, vt possit rectè secare verbum Dei? quod fieri non posse sine Dialectica nemo non videt? An non pulcherrima ex Rhetorica lumina passim in scriptis Prophetarum & Apostolorum conspiciuntur,

AD  
untur, quæ sine  
cognitione minime  
multa dicta sunt  
scriptis Apostolicis  
ralium doctrina  
non vera Ethica p  
de economica &  
us non vult cont  
mathematis exce  
non est dubium.  
fuisse liberaliter  
paret, q̃ contra  
logi testimonio  
Arithmetica &  
summe necessarias  
rum explicationem  
ac multi aliq̃ sancti  
sunt. Cum igitur  
phia sint viles, &  
legi genus est, ph  
damare, qua vt  
uemus sequente  
Prima, sic vt  
quem examinen  
tur Philosopho  
cet mundum a  
ctum ad script  
esse conuincit



AD COLOSS.

untur, quæ sine Rhetorica & Schematum  
 cognitione minimè explicari possunt? Quæ  
 multa dicta sunt in Prophetis, Psalmis &  
 scriptis Apostolicis, quæ sine rerum natu-  
 ralium doctrina intelligi nequeunt? An  
 non vera Ethica pars legis diuinæ est? Un-  
 de œconomicae & politicae leges, quas De-  
 us non vult contemni, extractæ sunt? In  
 mathematicis excelluisse veteres Patriarchas  
 non est dubium, in quibus Paulum quoque  
 fuisse liberaliter institutum, vel ex eo ap-  
 paret, quod contra græcos ipsos Arati astro-  
 logi testimonio sit usus. Qui Mosen legit,  
 Arithmetica & Geographiam agnoscer  
 summè necessarias esse ad multorum loco-  
 rum explicationem. David, Iob, Ieremias  
 ac multi alij sancti viri Musica delectati  
 sunt. Cum igitur omnes partes Philoso-  
 phiæ sint vtilis, & eximia Dei dona, sacri-  
 legij genus est, philosophiam in uniuersum  
 damnare, qua vt vtiliter vti possimus, ser-  
 uemus sequentes regulas.

Prima, sit verbum Dei lidius lapis, ad  
 quem examinentur, probentur, improben-  
 tur Philosophorum dicta. Aristoteles do-  
 cet mundum ab æterno fuisse, sed hoc di-  
 ctum ad scripturam examinatum, falsum  
 esse conuincitur, Quare, non verè philoso-

F S phiæ



EPIST. PAULI

phiæ axioma, sed philosophantis error fudicetur. Idem, vnam omnium rerum primam causam, nempe Deum ipsum rationibus physicis demonstrauit, quæ demonstratio, quia congruit cum verbo Dei, approbanda est & amplectenda. Iuxta hanc regulam, sanctus Iustinus philosophus & martyr multas sententias examinat, probat, improbat, potissimum in libro, cui titulus est ἀνατροπή, id est, euersio quorundam Aristotelicorum dogmatum, Item in libro ad Triphonem Iudæum, Item in libro contra Græcos philosophos.

Secunda, adhibeatur philosophia rerum sacrarum explicationi, non vt domina, sed vt ministra, quæ autoritati verbi cedat. Sic Grammatica, Dialectica, Rhetorica cæteræq; discipline suo fungantur ministerio.

Tertia, quoties verbum Dei aliquid, quod absurdum in philosophia videtur, commemorat, philosophia se humiliet, agnoscat suam cæcitatem, corrigatur cœlestis philosophiæ admonitione, & non quasi obtorto collo in suam sententiam verbum cœleste trahat. Rectè enim Orpheus, vt citat Iustinus martyr, omnibus mortalibus mortales palpebræ in oculis imbecilles,

AD  
les, ad videnda ea,  
curatorem pertine

Quarta, Om  
ta, quæ cum ver  
plausibilia rationi  
damnentur, tanqu  
presentissimum  
enim monuit Hy  
non esse inferend  
dum.

Quinta, De  
non pugnant cu  
nes aut probabile  
antur ac amantur,  
rum conseruationi  
mandos faciunt.

Sexta, Exemp  
eis vtratur theolo  
interdum fieri pe  
exempla & dicta  
sepe venementi  
Salomon pigru  
ab ea dilect sapi  
serpentes & colu  
am, ab his sim  
dar, Thirefias  
ethnicus, tyran



AD COLOSS.

les, ad videnda ea, quæ ad omnium rerum  
curatorem pertinent.

Quarta, Omnia philosophorum dicta, quæ cum verbo Dei punnant, vtut  
plausibilia rationi videntur, reñciantur ac  
damnentur, tanquam cœlestis philosophiæ  
præsentissimum venenum. Rectissimè  
enim monuit Hylarius, sensum scripturis  
non esse inferendum, sed è scripturis peten-  
dum.

Quinta, Decreta philosophorum, quæ  
non punnant cum verbo, si demonstratio-  
nes aut probabiles rationes habent, recipi-  
antur ac amentur, idç maximè, si ad re-  
rum conseruationem, aut ad mores for-  
mandos faciunt.

Sexta, Exemplis & dictis philosophi-  
cis vtatur theologus prudenter, hoc enim  
interdum fieri potest valde vtiliter, quia  
exempla & dicta congruentia cum verbo  
sæpe vehementiores stimulos habent. Sic  
Salomon pigrum ad formicam mittit, vt  
ab ea discat sapientiam. Dominus nos ad  
serpentes & columbas, vt ab illis prudenti-  
am, ab his simplicitatem discamus, aman-  
dat. Thirefias parochus Thebanus, tamen  
ethnicus, tyranno minanti sibi exitium, cõ  
quod



EPIST. PAULI

quod vera quidem sed non placentia diceret, respondit: Veritatē te ô Tyranne fortio- rem alo. Hoc exemplum non incom- modè adduci posset ad animandos mini- stros Christi, vt constantes sint in docenda & defendenda veritate. Simili modo Phy- sica exempla Ciconiarum, Halcyonum &c. sumi possunt in commendationem pietatis erga parentes, et bene meritos. In reprehen- sionem exemplum viperarum Iohannes & Christus obiecerunt Iudæis. Ad eundem modum axiomata philosophorum vtili- ter adhiberi possunt, quale est illud Plato- nis, Deus omnium bonorum ἀγαθῶν, & malorum omnium ἀναγῆσιος est. Sicut Pau- lus interdum philosophorum dicta asper- git, vt ad Tit: 1. Epimenidis, 1. Cor: 15. Me- nandri. Act: 17. Arati testimonia adducit. Licet enim vndiq; mutuari, quicquid à Deo profectum est. Has regulas secutus theologus, sentiet sibi non inutilem fore philosophiam veram. Quarè, philosophiæ studium ab omnibus bonis amandum censeo, ac necessarium iudico imprimis ijs, qui in maioribus facultatibus, in Medici- na, Iurisprudentiâ & Theologia cum fru- ctu versari cupiunt. Verùm id sobriè fieri velim, Nam, qui vitam omnem in Ethni-  
cis

AD C  
eis scriptis consum-  
mum euadunt, nec  
Dei corrigi, Imò o  
seceteris sapientio  
cant, adeo vt à con-  
datur, abstinere non  
patrocinator hic P  
contemptoribus, sec  
tra suos terminos,  
culum manere no  
prie hic accipit  
sed pro acumine  
illa ad decipiendu  
satis conuincit pra  
Quod enim supra p  
hic per philosophia  
iuxta traditionem h  
à Christo, intelligit  
sophia & ametur  
philosophia falsa, c  
spemas voces cor  
tudinem corce ph  
mo verbo Dei tr  
suus honos, et coll  
gelorum & homi  
ueant nos istore  
spiritu inflati, in  
cratillimam thec



AD COLOSS.

eis scriptis consumunt, gentiles ad postre-  
 mum euadunt, nec ferunt se postea verbo  
 Dei corrigi, Imò contemnunt verbum, ac  
 se cæteris sapientiores impudenter prædi-  
 cant, adeo vt à conuitijs, quoties occasio  
 datur, abstinere non possint. Non igitur  
 patrocínatur hic Pauli locus philosophiæ  
 contemtoribus, sed ijs tantum, qui eam in-  
 tra suos terminos, & quasi intra suum cir-  
 culum manere non sinunt. Non enim pro-  
 priè híc accipitur philosophiæ nomen,  
 sed pro acumine hominum, qui fallaciter  
 illa ad decipiendum abutebantur, id quod  
 satis conuincit præsentis loci peristalis.  
 Quòd enim suprà per *πιθανολογία*, idem  
 híc per philosophiam & inanem fraudem  
 iuxta traditionem hominum, quæ abducit  
 à Christo, intelligit. Retineatur igitur phi-  
 losophia & amctur. Cauentur insidiæ ex  
 philosophia falsa, obturentur aures ad bla-  
 spemas voces eorum, qui maiorem certi-  
 tudinem cœcæ philosophiæ, quàm clarissi-  
 mo verbo Dei tribuunt, Tribuatur Deo  
 suus honos, et collocetur supra omnem an-  
 gelorum & hominum sapientiam, nec mo-  
 ueant nos istorum ineptiæ, qui Satánico  
 spiritu inflati, infra omnem scientiam, sa-  
 cratissimam theologiam reñciunt.

Quòd



EPIST. PAULI

Quoniam in ipso habitat omnis plenitudo Deitatis corporaliter.

Prima propositionis ratio ab excellētia Christi sumta. In Christo est omnis plenitudo Deitatis corporaliter. Igitur extra Christum nulla plenitudinis pars quærenda est. Quare non audiendi sunt philosophantes, qui suis speculationibus Deū alibi, quàm in Christo quærun, in quo se totum Deus exhibet. Qui igitur Christum habet, Deum habet, qui Deum habet, ei nihil deesse potest. At Christus in Euangelio exhibetur totus, quare non alibi quærendus est Deus, quàm in ipsius verbo. Ex hac ratione Pauli apparet fuisse quosdam Colossis, qui subtilius de Deo philosophati sunt, quàm secundum regulam Euangelij, quos cauendos monet. Sed quid est, quòd dicat plenitudinem Deitatis corporaliter habitare in Christo? Num Deus corpus habet, vt anthropomorphitæ somniarunt? Nullo modo. Deus enim spiritus est, veritate teste. Quare hîc corporis vocabulum vsitate accipi non potest. Sensum igitur sic resoluito per collationem. In alijs Deus habitat suo spiritu & separabiliter, novos mo-

tus

AD

tus & nouam luc  
fo habitat non  
ita, vt personali  
diuina vnita sit.  
cat hic substanti  
enim nunc perfe  
greci τὸ πᾶν dixer  
ἐκπαρὰ πᾶν  
ἀναγινώσκον  
ἐστὶν ἐπιμορφωτά  
est, Multa corp  
alere, & multa  
suma ad inopia

Et estis

Secunda pr  
ctione nostri in C  
nia habemus in C  
sum nihil ad c  
dum est. Proin  
mentum aut a  
Christianæ per  
pactō audiendi  
rum in Christo  
fidem Christi  
sunt, Ex hoc  
dam Christiana  
phia addere a



AD COLOSS.

tus & nouam lucē accendens, Sed in Christo habitat non solum spiritu, sed etiam ita, vt personali vnione humanæ naturæ diuina vnita sit. Nam *σωματικῶς* significat hîc substantialiter seu personaliter. Vt enim nunc personam dicimus: Ita veteres græci *σῶμα* dixerunt, vt in illo epigramate. *Σώματα πόλλα τρέφει καὶ δώματα πολλὰ ἀναγείρει,*

*ἔστιν ἐπιμοτάτη πρὸς πένιλω ἀτροπὸς.* Hoc est, Multa corpora, id est, personas multas alere, & multas domos ædificare, promptissima ad inopiam via est.

Et estis in illo completi.

Secunda propositionis ratio à perfectione nostri in Christo sumta. Plenè omnia habemus in Christo. Igitur extra Christum nihil ad consummationem quærendum est. Proinde qui ex philosophia augmentum aut additamentum perfectionis Christianæ petendum docent, nullo sunt pacto audiendi. Sed quid est, esse completum in Christo? Est omnia obtinere per fidem Christi, quæ ad salutem necessaria sunt. Ex hoc apparet Philosophos quosdam Christianos fuisse, qui ex sua philosophia addere aliquid Euangelio voluerunt, quos



EPIST. PAULI

quos fugiendos monet, tanquam corruptores puritatis Euangelij, & deprædatores ouilis Christi.

Qui est caput omnis principatus & potestatis.

Tertia ratio à proprio Christi officio sumpta. Christus est supra omnem potestatem & principatum. Igitur philosophantes ac Iudaizantes, qui angelos supra Christum collocant, fugiendi sunt. Fuerunt enim apud Colossenses, qui angelis eum honorem attribuerunt, quòd per ipsos hominibus ad Deum pateret accessus, non secus atq; hodie Papistæ sanctorum intercessionem prædicant, in contumeliam vnus mediatoris Iesu Christi.

In quo etiam circumcisi estis, circumcissione non manufacta, in depositione corporis peccatorum carnis, in circumcissione Christi, consepulti cum eo in baptismo, in quo etiam resurrexistis per fidem efficaciam Dei, qui excitauit ipsum ex mortuis.

Quar-

AD

Quarta ratio  
fianos, qui Euar  
ficere voluerunt  
sacramenti circu  
sio, & ideo nequ  
sionem veterem  
quis obijceret et  
tualis circumcisi  
num, præuertit  
pissimum spirit  
lum esse. Porro  
plicis circum  
sita sit vtraq;  
hic duplex circa  
tera non manufacta  
carne peragitur.  
circumcilio. Ma  
teris populi fuit,  
data, deinde toti  
ra vsq; ad Chri  
fixum, quando  
quo significab  
saicorum abolit  
sionem Paulus  
lum iusticia sic  
ciam, quam A  
tus erat, & sig  
cilio, circumcisi



VLI  
anquam corru  
, & depradato  
mnis princ  
io Christi offic  
omnem potest  
ur philosophane  
gelos supra Chri  
i sunt. Fueru  
qui angelis eun  
tōd per ipsos ho  
accessus, non h  
torum interced  
umeliam vniu  
umcisi estu  
manu facta  
oris peccato  
circumcision  
cum eo in h  
m resurrexi  
ciae Dei, qui  
mortuis,  
Qua

AD COLOSS.

Quarta ratio est contra Iudæos Chri-  
stianos, qui Euangelio circumcisionem ad-  
hære voluerunt, & probat nos veritatem  
sacramenti circumcisionis habere in Chri-  
sto, & ideo nequaquam requiri circumci-  
sionem veterem seu manufactam. At ne  
quis obijceret externum signum esse spiri-  
tualis circumcisionis testimonium necessa-  
rium, præuertit obiectionem, & dicit Ba-  
ptismum spiritualis circumcisionis sigil-  
lum esse. Porro, obseruetur hîc collatio du-  
plicis circumcisionis, vt, quibus in rebus  
sita sit vtraq, videatur. Indicatur autem  
hîc duplex circumcisio. Manufacta vna, al-  
tera non manufacta. Illa externa est, & in  
carne peragitur. Hæc spiritualis cordis est  
circumcisio. Manufacta sacramentum ve-  
teris populi fuit, primùm Abrahamo man-  
data, deinde toti populo Iudaico, duratu-  
ra vsq; ad Christum exhibitum & cruci-  
fixum, quando velum templi scissum est,  
quo significabatur omnium rituum Mo-  
saicorum abolitio & finis. Hanc circumci-  
sionem Paulus ad Rom:4. definit signacu-  
lum iusticiæ fidei. Quia ob signabat iusti-  
ciam, quam Abraham per fidem consecu-  
tus erat, & figurabat hæc externa circum-  
cisio, circumcisionem spirituaalem. Vt enim

G præpuij



EPIST. PAULI

præputij caro circumcidebatur in signum  
abolendi veteris hominis, & creandi noui  
hominis: Ita corpus peccati abscindendum  
est, per fidem in Christum, qui peccatum  
sustulit, vt iam simus non vetus sed nouus  
homo. Hanc circumcisionem spirituales  
Christus in nobis peragit, nõ quidem me-  
diante veteri illa circumcissione, sed bap-  
tismo. Nam vt rei exhibendæ signum fuit  
circumcisio: Ita iam exhibitæ testimoni-  
um est baptismus, nostræ ablutionis per  
sanguinem Christi obsignatio. Ex hoc lo-  
co Pauli colligimus spiritualis circumci-  
sionis definitionem, quæ est depositio cor-  
poris peccatorum carnis, per circumcisio-  
nem Christi, dum Christus circumcidit  
nos secum in baptismo, consepultos & ex-  
citatos per fidem, qua Deus in nobis effi-  
cax est. Proinde verè circumcisi sunt, qui  
renunciato peccato, spiritu Deo seruiunt,  
& gloriantur in Christo Iesu, & non carne.  
Philip:3.

Et uos, cùm mortui essetis in  
delictis & præputio carnis ue-  
stræ, conuiuificauit cum eo.

Quinta ratio est propositionis. Mor-  
tui

AD  
tui delictis & pr  
est, impuritate v  
Deo cum Christo  
in Christo sunt o  
traditionibus au  
ad vitam necessa  
rè, cauenda pot  
Christi vita auo  
tam et mortem  
tem quidem &  
feramus nobi  
num per Iesum

Condo

peccata,

Signum vit  
condonatio. Vt  
mors: ita sublata

Delens,  
erat, chiro  
quod erat

Sexta rat  
dæos, qui ob  
monias Iuda  
ratio sumta  
nem signi, D



AD COLOSS.

tui delictis & præputio carnis nostræ (id est, impuritate viciosa naturæ) vitam à Deo cum Christo sumus consecuti. Igitur in Christo sunt omnia, & nihil ex humanis traditionibus aut philosophia tanquam ad vitam necessarium petendum est. Quare, cauenda potius est talis fraus, quæ à Christi vita auocat. Obserua hoc loco vitam et mortem in suis causis conferri. Mortem quidem & damnationem acceptam feramus nobis ipsis, vitam verò Dei donum per Iesum Christum agnoscamus.

**Condonans vobis omnia peccata.**

Signum vitæ restitutæ est peccatorum condonatio. Vt enim sine peccato nulla est mors; ita sublata morte, vita restituitur.

**Delens, quod aduersum nos erat, chirographum in decretis, quod erat contrarium nobis.**

Sexta ratio est potissimum contra Iudæos, qui obtrudere Colossensibus ceremonias Iudaicas voluerunt. Est autem hæc ratio sumpta à remotione rei ad remotionem signi. Debitum totum est condona-

G 2 tum.



EPIST. PAULI

rum. Igitur chirographum non amplius valet. Quarè non amplius vt testimonium debiti reseruandum est. Fuerunt autem ceremoniæ Mosaicæ veluti chirographum, quo confitebantur Iudæi debitum suum, vt quotidianæ illæ ablutiones fuerunt impuritatis confessio, & quasi chirographum seu ἀνταρχὴ: Sic victimæ & sacrificia iterata peccatum remanere testabantur. Neq; enim dubium esse potest, quin per decreta hoc loco intelligat Paulus ceremonias ipsas Mosaicas, quæ veluti chirographum quoddam erant confessionis debiti. At si obijcitur remanere peccatum in natura. Igitur retinendum esse chirographum, hoc est, retinendas esse ceremonias Mosaicas. Respondeo, peccatum quidem, quântum ad efficaciam mortis Christi attinet, deletum esse, quam deletionem figurabant sacrificia vetera, quæ ideo iam cessare debent, quia quod figurabant futurum, nunc exhibitum est. Proinde mortem Christi expiatoriam negant, quotquot ceremonias Mosaicas vrgent ac docent. Nam laceratum chirographum sarcire volunt.

Et ipsum sustulit de medio,  
affigens illud cruci.

Ampli-

A D  
Amplificat  
graphi nimirum  
ficus finem imp  
ci, id quod mi  
firmatum est. N  
abrogationem  
vetrum.  
Expolians  
testates trad  
phans de ip  
Amplific  
pulcerima im  
ctor est, & tri  
phæum & velu  
stes victi Diabol  
tus & potestates  
quod exercebat  
Quemadmodum  
ma victorum in  
hostes veli sur  
stimonium vic  
tis Diabolis pe  
erecto crucis t  
mortem suam  
bulo crucis, e  
rioso descensu  
ascensu in ca



AD COLOSS.

Amplificat à modo deletionis chirographi nimirum, quòd Christus cruci affixus finem imposuerit ceremonijs Mosais, id quod miraculo passo Christo confirmatum est. Nam scissio veli significabat abrogationem omnium ceremoniarum veterum.

**Expolians principatus & potestates traduxit palàm, triumphans de ipsis in illa.**

Amplificat Christi victoris gloriam pulcherrima imagine. Christus dominus victor est, & triumphator, crux Christi trophæum & veluti currus triumphalis, hostes victi Diaboli ipsi, quos hîc principatus & potestates vocat propter imperium, quod exercebant in genus humanum. Quemadmodum itaq; victor aliquis arma victorum in trophæum, vbi in fugam hostes versi sunt & victi, suspendit, in testimonium victoriæ: Ita Christus superatis Diaboli peccato et morte triumphum, erecto crucis trophæo egit. Vt enim per mortem suam conflixit cum hoste in patibulo crucis, eumq; superauit: Ita suo glorioso descensu ad inferos, resurrectione & ascensu in cœlum, triumphum egit, (ad

G 3 Ephes.





EPIST. PAVLI

Ephes. 4.) monumento victoriæ seu trophæo crucis erecto. Meminerimus igitur Christi trophæum esse crucem, id est, mortem & passionem, & triumphum, deuictio Satana, morte & peccato, ut amplius Christo ac membris eius, tenebrarum potestas nocere non possit.

Nemo ergo uos iudicet in cibo & potu, aut in parte diei festi, aut Neomeniæ, aut sabbatorum, quæ sunt umbra futurorum, corpus autem Christi.

Conclusio est, in qua quidam ritus recitantur, quos Iudaizantes Christiani volebant imponere Colossensibus, tanquam necessarios ad salutem ac complementum Euangelij. Nemo, inquit, vos iudicet. Nolite ullius hominis pertimescere iudicium, quo vos reos peragere volunt, tanquam decretorum Dei violatores. Quod enim supra decreta vocauit, iam quadam distributione rituum Mosaicorum exponit, non quidem absoluta & plena, sed paucis generibus nominatis cætera intelligenda relinquit. Nam de omnibus idem iudicium eademq;

AD  
eademq; ratio e  
delectum cibor  
dat Dei populo  
ad tempus, vt  
id est, obscure  
absentis Christi  
uenit in Christo  
secetur. Proin  
rio libertatis C  
arq; alijs hum  
de festis Chris  
regulæ.

Prima.  
libera esse de  
cendæq; pieza  
Christianis illu  
disciplinæ seu  
tum erat, ferent  
mar Rom: 14

Secunda.  
se debent, vt  
explicetur, i  
Historia festi  
beneficium I  
lustratur. T  
datur. Hos  
Hymni in i  
Tertia.



AD COLOSS.

eademque ratio est. An non verbum Dei delectum ciborum, festorum &c. commendat Dei populo? Commendat quidem, sed ad tempus, ut essent umbræ futurorum, id est, obscuræ quædam repræsentationes absentis Christi. At postquam corpus aduenit in Christo Iesu, non decet ut umbras sectemur. Proinde obseruetur hîc vindictio libertatis Christianæ à ritibus Mosaicis atque alijs humanis traditionibus. Verùm de festis Christianorum hæc seruandæ sunt regulæ.

*Regula de  
Festis Chri-  
stianorum.*

Prima, Omnium Christianorum festa libera esse debent, doctrinæ, ordinis, exercendæque pietatis causa instituta. Neque enim Christianis illud iugum, quod olim Iudæis disciplinæ seu pædagogicæ gratia impositum erat, ferendum est. Hæc regula confirmatur Rom:14. Gal:4. & præsentis loco.

1.

Secunda, Festa Christianorum talia esse debent, ut aliqua in illis doctrinæ pars explicetur, idque hoc ordine, ut Primum Historia festi pure tradatur. Deinde, clarè beneficium Dei, cuius meminit festum, illustretur. Tertio, ut usus & fructus ostendatur. Hoc obseruasse veteres, ostendunt Hymni in festis diebus decantati.

2.

Tertia, Tametsi Christianis tempus aliquod

3.

G 4 aliquod





EPIST. PAULI

aliquod necessarium est, quò conueniant ad audiendum verbum Dei, ad præcandum, ad percipienda sacramenta: tamen circumstantijs temporis Christianus minime est affixus. Illum autem dico circumstantijs temporis affixum esse, qui à constituta die nulla neq; necessitate, neq; proximi amore auelli potest. Nam si sabbathum propter hominem est factum, & non homo propter sabbathum, debet profectò sabbathum, atq; adeo omne festum necessitati hominis cedere. Ob hanc causam p̄ in primitiua Ecclesia sabbathum transtulerunt in diem Dominicum, ne cum Iudeis viderentur affixi esse circumstantijs temporum.

4. Quarta, Sabbathum Iudaicum typus & figura sabbathi spiritualis Christianorum fuit, quod quidem perpetuum esse debet, docente hoc Esaia cap: 66. Quod sane sabbathum nihil aliud est, quàm perpetuum à peccatis otium, singulis diebus peragendum.

5. Quinta, Caueat Christianus, ne prætextu Christianæ libertatis contumaciter Christianorum festa contemnat. Hoc enim qui facit, & ordinem Ecclesiæ vtilem turpiter violat, & alios exëplo malitiosè lædit.

Sexta,

AD  
Sexta, Fest  
contumeliam, e  
tem & occasio  
impudentius &  
alio tempore pa  
Imperatorum d  
dies maiestati a  
volumus volu

Septima,  
hanc regulam  
Ruri politici ag  
tereq; inseruic  
rit, vt non a  
aut vites locu  
casione momen  
fi prouisione ce  
tenus seruandar  
stremum verbi n  
nus cum quint  
possit. Has reg  
ftianorum qui  
stitionem faci  
tatis ignarus l  
tet, sed liberet  
norem, Eccle  
am vtilitater

Nemo



## AD COLOSS.

Sexta, Festorum prophanatio in Dei contumeliam, est ocium, spacium, facultatem & occasionem sumere quæuis scelera impudentius & cumulatius, quàm vlllo alio tempore patrandi. Hinc lex piorum Imperatorum de festis diebus: dies festos, dies maiestati altissimæ dedicatos, nullis volumus voluptatibus occupari.

Septima, Imperator Constantinus hanc regulam de die Dominico statuit. Ruri positi agrorum culturæ, liberè, licenterq; inseruiant, quoniam frequenter euenit, vt non aptius alio de frumenta sulcis, aut vites scrobibus commendentur, ne occasione momenti pereat cõmoditas, cœlesti prouisione concessa. Hanc regulam eatenus seruandam censeo, quatenus ministerium verbi non contemnatur, & quatenus cum quinta regula suprâ posita stare possit. Has regulas de festiuitatibus Christianorum qui seruat, nec in Iudaicâ superstitionem facilè ruet, neq; Christianæ libertatis ignarus laqueum sibi imponi permittet, sed liberè ordinatione libera in Dei honorem, Ecclesiæ ædificationem, & propriam vtilitatem vti poterit.

Nemo uobis palmam inter-

G S uer-



EPIST. PAULI  
uertat, sibi placens in humilitate  
& cultu angelorum.

Addit aliud genus falsi dogmatis, nimirum cultum angelorum. Fuerunt enim quidam Christiani tum temporis, instituti in philosophia Platonica, qui angelos tutelares, quos Plato Demonas vocat, inuocandos prædicarunt. A quo errore, vt sibi caueant Colossenses, monet Apostolus. Ne quis vobis, inquit, palmam inuertat, hoc est, caueate ne quisquam vobis palmam eripiat, quam obtinetis per Christum triumphatorem, modo in eo currentes seu decertantes manseritis. Nam sunt, quibus vnice placet vos & fraudando & tentando aggredi. Hi seductores indignum esse dicunt vnigeniti maiestate, vt vos miseri ac in terris degentes homines, ductu eius ad patrem accedatis. Hac humilitate ficta sibi placent, fingentes angelos hoc deducendi munere fungi, Atq; ita non satis firmatos à Christo victore abducunt, eisque palmam fraudulenter eripiunt. Locus obseruandus; fugiendum omne dogma, quod non disertè fundatur in scriptura. Deinde cauendas esse insidias, quæ struuntur infirmis per fictam humilitatem ac  
super-

A D  
superitionem.  
amere, qui  
pendent.

In his, q  
se incidens  
mente carn

Ratio p  
scriptione Pie  
descriptio id  
quò ipsoru  
ueant sibi  
bus. Prima  
doctrinae sua  
hil explorati  
peruasi acum  
tionis. Mer  
Paulus huma  
nihil, vbi de  
Quicquid er  
nec capit an  
De. Nihil p  
bo Deifund  
ratur. Dis  
rationes, q  
fugiendas  
luerimus.



AD COLOSS.

superstitionem, tum eos omnes palmam  
amittere, qui à solo CHRISTO non  
pendent.

In his, quæ non uidit, fastuo-  
sè incedens, frustra inflatus, à  
mente carnis suæ.

Ratio proximæ exhortationis à de-  
scriptione Pseudoapostolorum sumta, quæ  
descriptio ideo hîc interponitur à Paulo,  
quò ipsorum vana arrogantia agnita ca-  
ueant sibi Colossenses ab illorum fraudi-  
bus. Primum fastuosè incedunt, iactantes  
doctrinæ sublimitatem, de qua tamen ni-  
hil explorati habent, atq; eò impelluntur  
persuali acumine ingenij & perspicacia ra-  
tionis. Mentem enim carnis vocat hîc  
Paulus humani ingenij perspicaciam, qua  
nihil, ubi de rebus salutis agitur, vanius.  
Quicquid enim ex carne natū est, caro est,  
nec capit animalis homo, quæ sunt spiritus  
Dei. Nihil proinde solidum est, nisi in ver-  
bo Dei fundetur, & spiritus magisterio ge-  
ratur. Discamus igitur hinc omnes dispu-  
tationes, quas gignit humanum cerebrum,  
fugiendas esse, modo à Christo abduci no-  
luerimus.

Non



EPIST. PAULI

Non tenens caput, ex quo totum corpus per iuncturas & connexiones subministratum & compactum, augetur augmento Dei.

Vanitatem Pseudoapostolorum confirmat ex eo, quod à capite alieni sint, cui qui non adhæret, frustra se corporis membrum iactitat, & rationem subiicit, quia totum corpus, hoc est, Ecclesia à capite dependet per iuncturas, quibus capitum corpus annectitur, & per connexiones, quibus membra corporis inter sese cohærent. Hoc corpus subministratum & compactum crescit augmento Dei. Vt enim vitalis spiritus à cerebro in reliquum corpus per neruos diffunditur, & à capite ipso sensus omnis & motus deriuatur: Sic & Ecclesie corpus à Christo subministratur, hoc est, ab eo & vitam accipit & spiritus incrementum. Quod utique fit, dum spiritus illi innexus est & impactus. Is namque per nexum quendam & iuncturas incrementa suppeditat corpori. Itaque si non vinciretur corpus cum capite, nec illi quidem congruere

A D  
grare seu resp  
vitalis illi sup  
mentum in fic  
re. Ex hoc loc  
solam supersti  
rum & sanctor  
amittere, & ex  
quicunque alian  
scripta est, r  
quantur. D  
sti corpore,  
Christo ad  
contenti sur  
quemadmo  
um haber; la  
mento, non hu  
potius deform  
cunt, Imò in  
Ecclesie corp  
Itaque si  
sto ab el  
tanquam  
decretis t  
Aliud  
sa, cuius se  
gata per me



AD COLOSS.

gruere seu respondere valeret, nec spiritus vitalis illi suppeditaretur, nec illi incrementum in fide vera ac dilectione accederet. Ex hoc loco primum concluditur, non solum superstitiosum esse cultum angelorum & sanctorum, sed eos prorsus caput amittere, & ex corpore Ecclesie abscindi, quicunque aliam, quam que verbo Dei prescripta est, rationem colendi Deum sequuntur. Deinde eos solos esse in Christi corpore, & Ecclesie membra, qui soli Christo adherent, ipsiusque doctrina sola contenti sunt. Præterea notandum, quod quemadmodum Ecclesia à Christo initium habet: Ita etiam crescit solo Dei incremento, non humanis traditionibus, quæ potius deformia membra & monstrosa faciunt, Imò in nihilum tandem redigunt Ecclesie corpus.

NB.

Itaque, si mortui estis cum Christo ab elementis mundi, quid, tanquam uiuentes in mundo, decretis tenemini?

Aliud argumentum à remotione causæ, cuius sensus hic est. Decreta sunt abrogata per mortem Christi, Igitur non amplius

it, ex quo to  
uncturas &  
inistratum &  
cit augmentu

apostolorum cor  
ite alieni sint, et  
se corporis mem  
nem subijcit, qui  
ecclesia à capite de  
ibus capiti con  
nexiones, quibu  
e coherent. Ho  
& compactur  
Vt enim vital  
uum corpus  
capite ipso senti  
ur: Sic & Eccles  
inistratur, hoc  
& spiritus incre  
ic, dum spiritus  
Is namq; per  
turas incrementu  
si non vincirent  
illi quidem cor  
gruet





EPIST. PAULI

plius decretis obnoxij esse debetis. Nam hæc ratio : Mortui estis cum Christo ab elementis mundi, tantundem valet, ac si diceret, Mors Christi aboleuit decreta. Vos estis cum Christo mortui. Igitur decreta sunt vobis abolita siue abrogata. Hæc decreta ideo vocat elementa mundi, quia fuerunt res externæ & pædagogicæ, duraturæ tantum vsq; ad aduentum Christi.

Ne esitaueris, ne gustaueris,  
ne attigeris.

Mimesis est. Verba enim Pseudoapostolorum refert, quibus illi superstitione decreta cumulârunt. Quia autem sequentes rationes, quibus hæc decreta subuertit Paulus, ad cibum tantummodo referri possunt, pro eo quod reddi solet, Ne attigeris, verti cum quibusdam, ne esitaueris. Nam vox ἀπιεῖς vtramq; significationem habet, quarum posterior præsentis loco magis congruit. Pseudoapostolorum enim progressus Paulus hoc loco describere voluit. Initium à superstitione est, quòd non tantum edere, sed tenuiter esitare vetant. Vbi hoc obtinuerunt, iam gustare

A B  
stare etiam pro  
que illis conce  
correctare fas  
vitam verifi  
nam. Ne terti  
tempurum. Ne  
enim prohibi  
rem. Nam fac  
accommodat  
quod sequer  
sentis loci pe

Quæ  
ptionem

Confirma  
destinato ad fi  
bi omnes, qu  
res, eò destina  
alioqui nulli  
perirent. A  
condidit.  
est cogitare  
frustra con  
significat v

Iuxta  
hominu



AD COLOSS.

stare etiam prohibent. Postquam hoc quoque illis concessum est, ne digito quidem contrectare fas esse dicunt. Qui retinent usitatam versionem, sic absoluunt sententiam. Ne tetigeris hoc corpus. Est enim impurum. Ne gustaueris hunc cibum. Est enim prohibitus. Ne contrectaueris hanc rem. Nam sacra est. Sed prior explicatio accommodatior videtur presenti loco, id quod sequentes rationes, adeoque ipsa presentis loci peristasis conuincunt.

Quæ sunt omnia in corruptionem ipso abusu,

Confirmatio ab ipso rerum usu, seu à destinato ad finem, cuius hic sensus est, Cibi omnes, quos gustare vetant Iudaizantes, eò destinati sunt, ut utendo pereant, alioqui nullus eorum usus esset, & sine usu perirent. Atque ita Deus aliquid inutile condidisset, quod prophanum & impium est cogitare de Deo sapientissimo, qui nihil frustra condidit. Porro, abuti hoc loco significat utendo consumere.

Iuxta præcepta & doctrinas hominum.

Aliud



EPIST. PAULI

Aliud argumentum à causa sumtum. Credentes non sunt astricti præceptis & doctrinis hominum. Sed prohibitiones ciborum sunt præcepta & doctrinæ hominum. Igitur Christiani prohibitionibus ciborum non obligantur. Obseruandus imprimis hic locus est. Nam disertè docet, quòd nullum humanum inuentum debeat conscientiam Christiani hominis ligare. Quare, quicquid proponitur sine mandato Dei & expresso verbo, fugiendum est non secus atq; puritatis Euangelij corruptela.

Quæ speciem quidem habent sapientiæ in superstitione & humilitate, & neglectu corporis.

Interponit rationem, cur vsq; adeo arideant humanæ traditiones, ac tres causas recitat, quarum Prima est, ἑθελοτρῆσκεία, id est, voluntarius cultus, bona (vr aiunt) intentione susceptus. Altera est humilitas, qua se præpositis suis & maioribus subiiciunt, atq; suo exemplo alios ad præstandam obedientiam superioribus inhortantur. Tertia causa est neglectus corporis.

Nam

AD  
Nam dicunt ist  
tiam seruire cor  
has causas quasi  
rit Paulus, cu  
specie sapientiæ  
quod quicquid  
cio salutis extra  
tia, ex stulto e  
Surgitur nobi  
unde alibi Pau  
quod oportet  
cia cumulan  
bonæ intenti  
quod quadru  
vocat / intenti  
runt cultus, E  
nis, Nam stulte  
quæ est verbum  
tatis vicium inc  
so magis teme  
uis & cinis vel  
re, iuxta quan  
lit nolite Tert  
ro nocent exet

Non in  
pletionem



AD COLOSS.

Nam dicunt istam certorū ciborū abstinē-  
tiam seruire corporis mortificationi, Verū  
has causas quasi fulmine quodam proster-  
nit Paulus, cū pronunciet eas habere  
speciē sapientiæ tantū, vnde relinquitur,  
quod quicquid sapiant homines in nego-  
cio salutis extra verbum, id mera sit stul-  
ticia, ex stulto cerebro hominum profecta.  
Sit igitur nobis verbum sapiendi regula,  
vnde alibi Paulus: Nemo sapiat vltra id,  
quod oporteat sapere. Porro, quia stulti-  
cia cumulandi cultus, prætextum habet  
bonæ intentionis, pñ hominis est cogitare,  
quod quadrupliciter peccent, qui bona (vt  
vocat) intentione sine verbo Dei insti-  
tuunt cultus. Primum rei fiunt defectio-  
nis. Nam stultè deficiunt à regula cultus,  
quæ est verbum Dei. Deinde in temeri-  
tatis vicium incurrunt. Quid enim quæ-  
so magis temerarium est, quàm quod pul-  
uis & cinis velit Deo normam præscribe-  
re, iuxta quam ab homine coli debeat, ve-  
lit nolit. Tertio, superbia peccant. Quar-  
to nocent exemplo.

Non in honore aliquo ad ex-  
pletionem carnis.

H Repe-



## EPIST. PAULI

Reprehensio est Pseudoapostolorum,  
& ostensio veri vsus ciborum. Reprehendit quidem Pseudoapostolos, eò quòd omnem corporis curam abijciendam docuerunt, quòd cum fit, redditur corpus ad suas functiones inutile. Est autem duplex carnis cura. Vna prohibita, nempe quæ ad concupiscentias carnis explendas facit. Altera præcepta, quæ eò pertinet, vt corpus robur suum ad præstanda debita officia habeat. Vsus porrò ciborum ad expletionem, id est, saturitatem, qualem natura necessitas requirit, pertinet. Vt enim honor hîc debitam curam significat: Ita expletio eam facietatem denotat, qua natura vt sit incolumis, nequaquam carere potest.

## CAPVT TERTIVM.

*Quarta pars Epistolæ.*

## SVMMA CAPITIS TERTII.

Mortis

AD  
Mortis & r  
Mopes verer  
fuis renunciant,  
um virtutum g  
cis. Coniuges  
& serui debita f

ORDO E  
PIT

Apostolic  
Anæ para  
Primo loco  
tè fluunt. De  
tionem & con  
ficia enim Chri  
ea cū vicis opp  
dit ad personal  
tum, liberoru  
Vnde in qua  
paraten, q  
maximè est  
præcepta om

EXEG  
TER



AD COLOSS.

**M**ortis & resurrectionis Christi participes veteri homini cum actionibus suis renuncient, ac nouum induant, omnium virtutum genere ornati, profligatis vicij. Coniuges, parentes & liberi, domini & serui debita sibi mutuò præstent officia.

ORDO ET PARTES CAPITIS  
TERTII.

**A**postolico more & Prophetico doctrinæ paræneses subiicit in hoc capite, ac Primo loco eas, quæ ex doctrina immediate fluunt. Deinde generales per distributionem & contrariorum collationem. Officia enim Christiani hominis, conferendo ea cū vicij oppositis recenser. Tum descendit ad personalia officia coniugum, parentum, liberorum, dominorum, seruorum. Vnde in quarto capite ad generalem redit parænesin, quæ sanè exhortandi ratio, vt maximè est perspicua: Ita iuxta artificum præcepta omnino instituta videtur.

EXEGESIS CAPITIS  
TERTII, CVM OBSER-  
*uatione doctrinarum.*

H 2 Si



EPIST. PAULI

Si surrexistis igitur cum  
Christo, quæ sursum sunt quæ-  
rite.

Illatio est exhortatoria, & ponitur pro-  
positio maior loco totius argumēti, quem  
admodum in hypotheticis ut plurimum  
fieri solet. Estq; argumentum à connexis.  
Si surrexistis cum Christo, quæ sursum  
sunt quærite. Sed resurrexistis cum Chri-  
sto. Igitur quæ sursum sunt quærite, id est,  
rebus cœlestibus studete. Atq; hæc est pri-  
ma propositio institutæ exhortationis, quæ  
per locum à contrarijs extruitur, ex do-  
ctrina præcedente.

Vbi Christus est, in dextra  
Dei sedens.

Propositionis ratio est. Christus, cu-  
ius membra estis, quærendus est. Sed is in  
cœlo est, in dextra Dei sedens, Igitur ibi  
est quærendus, nempe fide, inuocatione,  
affectu & meditatione vitæ cœlestis. Hæc  
Pauli verba nequaquam tollunt præsen-  
tiam Christi à nobis. Nam iuxta promiss-  
ionem suam Christus nobis verè adest.  
Ego, inquit, ero vobiscum vsq; ad con-  
sum-

AD  
sumationem  
Augustini huc  
quod Deus est, in  
homo est, vid  
dextra Dei, ut hi  
enim hic dextr  
locus beatitudi  
co corpus Chr  
hic disertè opp  
rebus terrenis.  
ferio de præse  
cœna. Est e  
naturali præ  
turali, quæma  
retur,

Quæ sur  
& non quæ

Repetitio  
tæ Antithesi.  
vos in terris  
tio debet esse  
Igitur ista re  
Hic enim ter  
ritus, contra  
pire. Auoc  
vitæ cœlestis



AD COLOSS.

summationem seculi. Distinctio ergo Augustini huc facit: Vbiq; est, per id quod Deus est, in cœlo autem per id, quod homo est, videlicet vbi Christus est in dextra Dei, vt hîc Apostolus loquitur. Est enim hîc dextra Dei absq; omni dubio locus beatitudinis & felicitatis, in quo loco corpus Christi collocatum est. Nam hîc disertè opponitur dextra Dei locis & rebus terrenis. Neq; cum his pugnat assertio de præsentia vera corporis Christi in cœna. Est enim in cœlo corpus Christi naturali præsentia, in cœna verò supernaturali, quemadmodum ipse Lutherus fatetur.

Quæ sursum sunt cogitate,  
& non quæ sunt super terram.

Repetitio est propositionis amplificatæ Antithesi, quasi dicat: Ceremoniæ vos in terris detinent, sed vestra meditatio debet esse cœlestis, vbi Christus est. Igitur ista terrena ne amplius sectemini. Hîc enim terrena vocat ceremonias illas & ritus, contra quos disseruit in superiori capite. Auocant enim à vera meditatione vitæ cœlestis. Quò igitur magis cumu-

H 3 lantur



EPIST. PAULI

lantur ceremoniæ, eò minus est veræ san-  
ctimonix, eoq; magis ignoratur Christus,  
occupatis hominum animis in ceremo-  
nijs.

Mortui enim estis, & uita  
uestra abscondita est cum Chri-  
sto in Deo.

Ratio ab adiunctis duplex. Mortui  
estis mundo, Igitur quæ mundi sunt no-  
lite meditari. Viuificati estis cum Chri-  
sto in Deo. Igitur istius vitæ ratio habenda  
est. Cum addit, Cum Christo in Deo,  
duas causas futuræ nostræ gloriosæ vitæ  
indicat, Materiam, & efficientem. Chri-  
stus est materia vitæ nostræ. Iplius enim  
vita nostra est, ut ipsius mors nostra est. Ef-  
ficiens causa est ipse Deus, qui hanc no-  
stram absconditam vitam olim in lucem  
producet.

Vbi autem Christus appa-  
ruerit uita nostra, tunc & uos  
cum eo apparebitis in gloria.

Consolatio est, qua animat Colossen-  
ses

AD  
ses contra præ-  
conulant moram  
vitæ in gloria  
ter margarita, quæ  
illâq; refracta p  
fulgorem: Sic  
tali carne fuerim  
scandita, sed di-  
stra gloriosa ap-  
natur omnibu  
hac vita nos  
perfectionū  
enim certo C  
certo nos, qui  
tempore gloriæ

Mortifi-  
uestra, quæ

Inferi gen-  
orditur à prin-  
carnis mortifi-  
nere hortatur  
quæ sunt sup  
quandam d  
Porro peccat  
vata in scrip-



AD COLOSS.

ses contra præsentis ærumnas, ut boni consulant moram apparitionis promissæ vitæ in gloria beatitudinis. Ut enim later margarita, quàm diu coctea occultatur, illacq; refracta proprium virtutis emittit fulgorem: Sic & nos donec in hac mortali carne fuerimus, nostra vita later abscondita, sed dissoluta hac carne, vita nostra gloriosa apparebit. Hic locus opponatur omnibus huius mundi ærumnis, hac vita nos consolemur, quoties sæuior persecutionū tempestas suboritur. Quàm enim certò Christus glorificatus est, tam certò nos, qui hîc in eum confidimus, suo tempore glorificabimur.

Mortificate ergo membra uestra, quæ sunt super terram.

Infert generalem exhortationem, quam orditur à prima pœnitentiæ parte, quæ est carnis mortificatio. Ac primum in genere hortatur ad mortificanda membra, quæ sunt supra terram, cui mox subiungit quandam distributionem membrorum. Porro peccata & affectus peccatorum, usitata in scripturis metaphora, qua & tota

H 4 pec-



## EPIST. PAULI

peccati massa appellatione corporis designatur, vocat membra terrestria, quasi corporis totius partes & membra quaedam veteris hominis, hoc est, corruptæ naturæ. Docet proinde hic locus, qualesnam nostra natura simus, quemque fructum, si nobis relinquamur, producere valeamus. Porro, mortificationis descriptionem colligamus hoc pacto. Mortificatio est verus timor Dei, quo resistimus, adiuti Spiritu sancto, concupiscentiis carnis, absterremur metu iudicij Dei à peccando, quadamque diligentia ac disciplina cauemus in peccata lapsus, quò toti spiritui & corpore Deo obsequium ex fide præstemus, in nouitate vitæ ambulantes. Huic ex aduerso respondet viuificatio, quæ est, cum consolatio ex fide percepta, tum nouæ vitæ incoatio, in omni pietatis exercitio. His duabus partibus, mortificatione & viuificatione, constat spiritalis regeneratio.

### Fornicationem.

Id est, illicitum concubitum cum muliere sibi matrimonio non iuncta.

### Immunditiem.

Hac

A D  
Hac notat  
quarumque non  
cum pro multi  
sunt vocem, om  
communem.

L  
Erasmus  
mmis libidinis  
ce πλεονεξία est  
seu rabies q  
furioli ruum  
num genera,  
græcis πλεονεξία  
seu furioli. Ha  
non secus se h  
pore, aut febr  
di morbus, cu  
& plane diu  
bie vincatur,  
pe sanctum  
ctatur, qui ist

Conc

Hac on  
tam nomina



AD COLOSS.

Hac notat omnem illicitam venerem, quæcunq; nominari possit. Verecundè enim pro multis libidinum generibus posuit vocem, omnibus venereis actionibus communem.

Libidinem.

Erasmus molliciem vertit, quæ est omnis libidinis incitamentum, verùm græcè  $\pi\acute{\alpha}\theta\omicron$  est, id est, affectio turbulentior, seu rabies quædam corporis, qua veluti furiosi ruunt homines in quæuis libidinum genera, vnde tales homines dicuntur græcis  $\kappa\upsilon\pi\omicron\mu\alpha\upsilon\epsilon\acute{\iota}\varsigma$ , id est, ex venere insani seu furiosi. Hæc (vt inquit Athanasius) non secus se habet, quàm vulnus in corpore, aut febris, aut alius quiuvis istiusmodi morbus, cui mederi singularis curæ est, & planè diuinæ. Verùm ne quis hac rabie uincatur, donatum est remedium, nempe sanctum matrimonium, quod amplectatur, qui isto morbo se turbari senserit.

Concupiscentiam malam.

Hæc omnis mali fons est. Sed cùm malam nominat, concupiscentiam aliquam

H s bonam



EPIST. PAULI

bonam esse subindicat. Illa carnis est, & ad carnalia sollicitat: Hæc spiritus est, quæ quæ Dei sunt & virtutis, concupiscuntur & exoprantur. Gal: 5.

Et avaritiam, quæ est simulacrorum cultus.

Cur avaritiam fugiendam & amputandam, tanquam veteris hominis membrum, cupiat, rationem reddit, nimirum quòd sit simulacrorum cultus. Si igitur Christiani veri Dei cultores esse debent, & fugere omnem Idolatriam, profectò ab avaritia abstinebunt, quam si sectantur, à vero Dei cultu aberrant. Ratio autem, cur avaritia dicatur Idololatria, hæc est, quòd vt Idololatria vero Deo spreto, colit idolum loco veri Dei: ita avarus rebus suis confisus, fiduciam in solum Deum abijcit. Ideoq; rectè Idololatria à Paulo dicitur.

Propter quæ uenit ira Dei in filios inobedientiæ.

Memi-

A D  
Meminit i  
hoc est, eos qu  
carni indulgen  
perpetranda. E  
gitose viuent  
Nam omnis q  
catus sanguin  
fir vna ex not  
hiorum Satan  
candæ carni f  
nalibus defu

In qu  
do ambul  
in eis.

Ambigu  
rum est vtru  
dientia, aut  
tur. Si ad h  
bus, id est, i  
vos aliqua  
retis in eis,  
dum illi fe  
sentes prio  
postquam  
veris sunt.



AD COLOSS.

Meminit iudicij Dei in inobedientes, hoc est, eos qui spiritus imperio excusso, carni indulgent ad omnia nefanda scelera perpetranda. Ex hoc loco conuincitur, flagitiose viuentes, nihil prorsus fidei habere. Nam omnis qui credit, ab ira Dei vindicatus sanguine Christi est. Hæc proinde fit vna ex notis externis filiorum Dei & filiorum Satanæ. Illi ex spiritu fidei mortificandæ carni student, Hi laxant frena carnalibus desiderijs.

In quibus & vos aliquando ambulastis, cum uiueretis in eis.

Ambiguus est hic locus. Nam incertum est vtrum, in quibus, ad filios inobedientiæ, aut ad vitia, quæ recensuit referatur. Si ad homines hic erit sensus. In quibus, id est, inter quos (vt vertit Erasmus) vos aliquando ambulabatis, dum viueretis in eis, scilicet sceleribus, quemadmodum illi fecerunt. Ac ita admonet Colossenses prioris vitæ, vt iam sint cautores, postquam ad Christianam religionem conuersi sunt. At si ad vitia referre malis, hic

eris



EPIST. PAULI

erit sensus. In quibus, scilicet vitijs vos aliquando ambulabatis, id est, conuersabimini, cum adhuc viueretis in eis, quasi dicat: iam per mortem Christi, carni adeoque eius operibus mortui estis. Non igitur decet, vt in vitijs amplius viuatis, atq; ita erit argumentum à priuatione causæ ad priuationem effectus. Monet hic locus, quòd Christiana religio & professio requirat vitam & mores religioni congruentes.

Nunc autem deponite & uos omnia, iram, indignationem, maliciam, blasphemiam, turpiloquium ex ore uestro, ne mentiamini alijs alijs.

Pergit in hortando Colessenses ad deponenda membra veteris hominis, quorum nonnulla subiungit, nempe iram, excandescentiam, malitiam, blasphemiam, turpiloquium & mendacium.

Ira & excandescencia facilius apud Græcos distinguuntur, quibus ira, hoc est,

A D  
appeti  
quod est  
gracis θυμω,  
tat, quando fat  
lire, vnde in v  
quasi scintillul  
& dicitur ἄρα  
mando & exci  
Porro, ne  
nemus, notan  
vna laudabi

Laudat  
dit, & tend  
num finem. F  
ci. Causa est so  
Finis est, vt fi  
Iudex irascitur  
sticæ & incol  
est, vt latro af  
ri, ne & ipsi  
proprie pers  
sonam puni  
inter homin  
Viciose  
cedit, & ter  
Hæc inter c  
& à Christo



AD COLOSS.

est, ὀργή, appetitum vindictæ significat, ab ἠρέγω, quod est appeto. Excandescencia, græcis θυμός, perturbationem illam notat, quando sanguis circa cor incipit ebullire, vnde in vultu & in oculis erumpunt quasi scintillulæ quædam ignis ardentis, & dicitur πῦρ τὸ δύνει, hoc est, ab inflammando & excitando.

Porro, ne omnem iram temerè damnemus, notandum est quòd duplex sit Ira, vna laudabilis, altera viciosa.

Laudabilis ira ex bona causa procedit, & tendit moderatè ad aliquem bonum finem. Pater irascitur filio contumaci. Causa est ὀργὴ φυσικὴ in bono patre. Finis est, vt filius castigatus emendetur. Iudex irascitur latroni. Causa est amor iusticiæ & incolumitatis reipublicæ. Finis est, vt latro affectus supplicio alijs sit terrori, ne & ipsi latrocinia exerceant. Hic non propriè personæ irascitur, sed vicio, & personam punit, ne vitium magis grassetur inter homines.

Viciosa ira est, quæ ex mala causa procedit, & tendit in malum aliquem finem. Hæc inter opera carnis numeratur Gal: 5. & à Christo damnatur Matth: 5.

Mali-



EPIST. PAULI

Malicia, græcè κακία, hanc Cicero opponit virtuti, & significat habitum viciosum virtuti omnino contrarium. Hinc pro quouis maleficio accipitur.

Blasphemia propriè conuicium, quo alicuius fama & nomen læditur, vt ἐυφημία est acclamatio, qua alicuius fama & nomen extollitur & celebratur.

Turpiloquium αἰσχολογία, verborum obscœnitatem notat, quam cum audiunt verecundi, non solum pudore, verum etiam dolore afficiuntur, adeo vt indignentur etiam.

Mendacium propriè est dictum nocendi studio prolatum, contrarium veritati cognitæ, quàm dici oportuit. Impropriè mendacium est, cum oratio cum re non omnino congruit, sed abest tamen nocendi studium, immò sæpe gloria Dei quæritur, & salus hominis. Hoc in vicio non est, quia à causa bona procredit, & tendit in bonum finem. Philippus σχῆμα λόγῳ appellat.

Exuti ueterem hominem cum actionibus suis, & induti nouum, qui renouatur in agnitionem

A B  
nem secunc  
qui creauit  
Iam causas  
& lectandarum  
vetus homo et  
eius actiones si  
tanquam men  
homo reparat  
tionis gratiam  
eius membra,  
tur. Notetur  
oportet pio  
vt indies n  
die perficitur  
menta lumere  
mus ad perfect  
Dei clarus ref  
a capite. Qui e  
Vbi n  
dæus, cu  
um, Barb  
ber.  
Hac en  
prærogati  
obseruatio



AD COLOSS.

nem secundum imaginem eius,  
qui creauit illum.

Iam causas fugiendorum peccatorum  
& sectandarum virtutum ponit. Vt enim  
vetus homo est ipsa naturæ vitiositas, &  
eius actiones sunt inde pullulantia vitia,  
tanquam membra quædam: Ita nouus  
homo reparatio naturæ est per regenera-  
tionis gratiam, & eius fructus sunt veluti  
eius membra, quibus suas actiones exequi-  
tur. Notetur ergò hic scopus, quò tendere  
oportet pios per totam vitam, nimirum  
vt indies magis magisq; (non enim vno  
die perficitur, sed toto vitæ tempore incre-  
menta sumere debet hæc reparatio) tenda-  
mus ad perfectionem, quò in nobis imago  
Dei clarius refulgeat. Vide suprâ locum in  
1. capite, Qui est imago Dei inuisibilis.

Vbi non est Græcus & Iu-  
dæus, circumcisio & præputi-  
um, Barbarus, Schyta, seruus, li-  
ber.

Hac enumeratione tollit omnem cum  
prærogatiuam tum externarum rerum  
obseruationem, quæ omnia nullum locum  
habent



EPIST. PAULI

habent, seu nullam prærogatiuam in regno Christi, quod regnum, quia spirituale est, administratur per Euangelium. A fide incipit, pietate ac innocentia ad perfectionem tendit. Obseruandus locus, quò Deus non sit personarum acceptor, sed vt Petrus inquit, Omnis, qui ipsum timer, acceptus est illi.

Sed omnia & in omnibus  
Christus.

Quò tendant, quæ dixit de Græco, Iudæo &c. explicat, nimirum quò nihil extra Christum quærendum sit, in quo Christo salutis totius complementum est, quem qui fide possidet, nihil est, quod requirat amplius. Facessant igitur omnes, quotquot ad perfectionem Christianam aliquid extra Christum quærent. Moneamur quoq, vt in illo indies adoleamus, quemadmodum Apostolus monet ad Ephes. 1.

Induite igitur tanquam electi Dei, sancti & dilecti, uiscera miserationum, benignitatem, hu  
mili

AD

militatem, n  
lerantiam.

Antithesis est  
uir veteris homin  
nonda suauit: Ita  
minis recenfer. E  
ponit, causas con  
honesto. Electi, c  
Hi enim electi  
norum homin  
temunt, Sani  
gratiam, & quò  
uino. Dicit in  
igiturales frus, p  
velit tantis honor

Viscera mis  
dictum est, qua  
stolus, non fati  
laboranti, nisi  
(qui viscerum  
num ei porriga  
cellitate confu  
& miseratione di  
Misericordia et  
est, quo tangim



AD COLOSS.

militatem, mansuetudinem, tolerantiam.

Antithesis est. Vt enim supra recitauit veteris hominis membra, quæ deponenda suasit: Ita nunc membra noui hominis recenset. Epitheta, quæ in principio ponit, causas continent siue argumenta ab honesto. Electi, quia in Christum credunt. Hi enim electi dicuntur respectu profanorum hominum, qui Euangelium contemnunt. Sancti, propter regenerationis gratiam, & quod destinati sint cultui diuino. Dilecti in dilecto ad Ephes. 1. Cum igitur tales sitis, par est, vt vita & mores vestri tantis honoribus respondeant.

Viscera miserationum significanter dictum est, qua locutione significat Apostolus, non satis esse condolere proximo laboranti, nisi ex ardenti cordis affectu (qui viscerum nomine significatur) manum ei porrigas, iuuesq; in quacunq; necessitate constitutum. Porro, misericordia & miseratio differunt vt causa & effectus, Misericordia enim affectus quidam cordis est, quo tangimur aliena calamitate. Miseratio

I ratio



EPIST. PAULI

ratio verò est, cùm ex misericordia mori, succurrimus miseris & afflictis. Hæc virtus commendatur Christianis voce & exemplo Christi, à qua qui alienus est, frustra de Christo gloriatur.

Benignitas græcè *χρηστότης*, quam quidam modestiam vertunt, sed benignitatem (vt habet vetus versio) retinere melius est. Nam *χρηστότης* relationem ad alios habet, & est affectus, quo alijs vtilitati & commodo esse studemus, & manat hic affectus ex miserationum visceribus.

Humilitas, græcè *ταπεινοφροσύνη*, est ea animi humilitas, qua quis nihil altum de se sentiens, seipsum demittit, inanem gloriam contemnendo. *ταπεινός* enim humilem significat, & *φρονέω* sapere, meditari, cogitare. Huic opponitur *μεγαλοφροσύνη*, quæ est animi magnitudo & arrogantia, qua superbè de nobis sentimus.

Manluetudo, græcè *πραότης*, morum est quædam suauitas, qua alijs & affabiles & comes sumus, estq; veræ humilitatis effectus.

Tolerantia, *μακροθυμία*, ad verbum, lon-

AD  
longanimitatem  
tionem iuramus,

Sufferentes  
condonantes  
quis aduersu  
querelam.

Quid per  
nimirum vt m  
toleremus, me  
tis, quia facil  
proximi.

Quemad  
donauit uobi

Exemplo C  
enim non tant  
rum etiam exe  
dicitur: Omni  
instructio. Se  
sunt obseruan  
moralis satisfec  
res ad dilectio  
bunt. Mirac



AVLI

miserordia  
afflictis. Hæ  
ristianis voce  
ui alienus est.

quant  
tunt, sed bene  
s versio) retine

relationem  
is, quo alijs vult  
emus, & manat  
um visceribus.

ταπεινοφρο  
qua quis nihil  
demittit, in an

ταπεινοφρο enim  
ovap sapere, m

pponitur μεγα  
i magnitudo  
e de nobis sentit

ταπεινοφρο  
s, qua alijs & a

φ veræ humilit  
καταφροσύνη, ad va

AD COLOSS.

Longanimitatem notat, qua tardi ad offensionem sumus.

Sufferentes uos inuicem, & condonantes uobis mutuò, si quis aduersus aliquem habuerit querelam.

Quid per tolerantiam velit, explicat, nimirum vt mutua patientia nos inuicem toleremus, memores communis fragilitatis, quia facilis lapsus est in offensionem proximi.

Quemadmodum Christus donauit uobis: Ita & uos.

Exemplo Christi nos vrget. Christus enim non tantum nobis est donum, verum etiam exemplum, vnde rectè & piè dicitur: Omnis Christi actio, nostra est instructio. Sed triplices Christi actiones sunt obseruandæ. Morales, quibus legi morali satisfecit, hæ nostram vitam & mores ad dilectionem Dei & proximi excitabunt. Miraculosæ, hæ mentem nostram





EPIST. PAULI

de veritate doctrinæ ipsius confirmabunt, Peculiares, quæ sunt ipsius officij propriæ, hæc vt expiatoriæ peccati nostri fuerunt: Ita salutis fiduciam in nobis alent & confirmabunt. Atq; ita omnis Christi actio, nostra est instructio, sed diuersimodè, vt ex dictis patet.

Super omnia autem hæc dilectionem, quæ est vinculum perfectionis.

Enumeratis aliquot noui hominis membris, subiungit commune præceptum de dilectione mutua, quam ideo vinculum perfectionis vocat, quia sola caritate conseruatur omnium rerum incolumitas & integritas, cum in politia, tum in Ecclesia & Oeconomia, & quòd sublata omnium rerum iusta harmonia & compago dissoluitur. Perfectio igitur hæc non Deum, sed homines respicit. Vnde apparet hallucinari Papistas, qui hoc loco abutuntur ad stabiliendam operum iusticiam.

Et pax Dei palmam obtineat

AD C  
neat in cordib.  
etiam uocati est  
re, & grati esto

Prolepsis est,  
quæ ad diffidia & o  
cibus omnibus  
Dei suadet, quam v  
ne diffidit, odit, f  
Vocat autem pa  
quam Deus vult  
quòd eiusdem co  
& ad hanc fouend  
mus. Ideo enim De  
reconciliati sumus, v  
concordiam, qua mu  
ius pacis fructum ad  
χάρις, id est, gratia  
inter vos mutuo est

Sermo Ch  
bis abundè, in

Commenda  
Euangelij, vt in e  
plenam sapientia  
Hæc pugnant cu



AD COLOSS.

neat in cordib. uestris, ad quam  
etiam uocati estis in uno corpore,  
& grati estote.

Prolepsis est, qua anticipat omnia,  
quæ ad dissidia & odia pertrahere possent,  
quibus omnibus opponendam pacem  
Dei suadet, quam vult palmam obtinere,  
ne dissidijs, odijs, similitatibus vincamur.  
Vocat autem pacem Dei concordiam,  
quam Deus vult nos fouere, propterea  
quòd eiusdem corporis sumus membra,  
& ad hanc fouendam mutuò vocati sumus.  
Ideo enim Deo patri per Christum  
reconciliati sumus, vt inter nos colamus  
concordiam, qua mutuò coalescamus. Huius  
pacis fructum addit: Et grati græcè εὐ-  
χάριστοι, id est, gratiosi, amabiles & comes  
inter vos mutuo estote.

Sermo Christi habitet in uobis  
abundè, in omni sapientia.

Commendat Colossensibus studium  
Euangelij, vt in eo indies proficiant, quo  
plenam sapientiam salutis consequantur.  
Hæc pugnant cum Papistarum decretis,

I 3 qui-



EPIST. PAULI

quibus ipsi conantur homines arcere à lectione sacræ scripturæ, tanquam re perniciofa. Sed Paulus hîc non tantum doctores Ecclesiæ Colossensium, sed omnes promiscuè ad studium doctrinæ Christi hortatur, & obseruandum est verbum habitandi, quo notat fidem Euangelij debere esse in nobis firmam & radicatum.

Docentes & admonentes uos inuicem Psalmis & Hymnis & odis spiritualibus, cum gratia canentes in corde uestro Domino.

Vsus sermonis Christi exprimitur, ut non solum ipsi, quod rectum est, sciamus, verum etiam ut nos mutuò doceamus, & admoneamus Psalmis, Hymnis & odis de rebus spiritualibus compositis. Obseruandus imprimis hic locus est contra phanaticos spiritus, qui ministerium verbi abolere conantur. Quorum delirium hic locus Pauli aperte confutat. Porro canere in corde Domino, est ex fide canere in Dei laudem, ut nos inuicem edificemus in Domino.

AD C  
no. Discrimen inter  
& odam in Epistola  
est cap: 5.

Porro hic locum  
dicamus de Hymni  
templis cani solent,  
culli suum boarum  
stiment, qui fumu  
rant, sibi & suis et  
matuere respiscant

Omnis actio  
precepta, laudabil  
vera & bona causa  
& legitimum finem,  
cio est, si vel vera cau  
erret à legitimo fine,  
cita in se actio, im  
laudabilis, quando  
delicet mandato  
& respicit gloriam  
egentis proximi, C  
si regitur & tendit  
querendam inter  
vicio, & apud  
nabilis. Atque ita  
litate actionum



AD COLOSS.

no. Discrimen inter Psalmum, Hymnum  
& odam in Epistola ad Ephes. declaratum  
est cap: 5.

Porro hic locus monet, vt non nihil  
dicamus de Hymnis & Psalmis, qui in  
templis cani solent, ne Monachi & sacrifi-  
culi suum boatum hinc commendari exi-  
stiment, qui fumum cum auro commu-  
tant, sibi & suis emtoribus in exitium, nisi  
maturè respiscant.

Omnis actio ratione operis licita vel  
præcepta, laudabilis fit, modo regatur à  
vera & bona causa, & respiciat bonum  
& legitimum finem. Contrà verò in vi-  
cio est, si vel vera causa destituatur, vel ab-  
erret à legitimo fine. Eleemosynam dare li-  
cita in se actio, immò præcepta est, & fit  
laudabilis, quando vera causa regitur, vi-  
delicet mandato Dei, & fide in Christum,  
& respicit gloriam Dei & subleuationem  
egentis proximi. Contra verò, Si hypocri-  
si regitur & tendit ad sanctimonix laudem  
quærendam inter homines, in maximo est  
vicio, & apud Deum res summè abomi-  
nabilis. Atq; ita in alijs causa & finis qua-  
litate actionum mutant.



EPIST. PAULI

Si quis in choro canit Psalmos, Hymnos & odas pietate vera adductus, spectans gloriam Dei, & mutuam ædificationem in Domino, laudabilis & pia est cantio, quæ nobis hîc à Paulo commendatur. Verùm si auaritia impellitur quis, aut superstitione, & non spectat gloriam Dei & mutuam ædificationem, sed lucrum potius, quo fraudaretur, si non in choro caneret, & meritum, quod ex operæ operato, vt vocant, captat, & opus supererogationis, quod alijs applicat. Huius cantio impia est, & in Deum contumeliosa, secunda lege Decalogi seuerè interdicta. Huiusmodi est cantio Monachorum & sacrificulorum, qui traditiones humanas anteponunt præceptis Dei.

Ex his non est difficilè iudicare de choradia, quæ apud nostros Canonicos in vsu est. Adferant pium pectus, & cor fide purificatum. Spectent gloriam Dei, & mutuam ædificationem in Domino. Attendant non tam clamori, quàm spiritui verborum. Sint verba duces animorum ad Deum. Locum faciant concionibus publicis, & illis tribuant priores partes, vt quæ pluribus seruiant. Adhibeantur istis  
psal-

A D  
psalmodijs, qu  
est apta alijs m  
publica. Nam  
gere, & totum  
tumere in temp  
ne istud munus  
iam consecuti q  
Ecclesia & Rep  
Siquidem alic  
Republicæ &  
autem profu  
illorum oper  
sux & Reipu  
ex bonis Ec  
His commenda  
cylidis, & d' l'ig  
to d' l'ig. S  
runt choradi ni  
est eorum stud  
& sacrificulor  
& impietatem  
Decalogi leg

Et qui  
ne aut fa  
domini le



PAULI

AD COLOSS.

psalmodijs, quorum ætas & valetudo non est apta alijs muneribus in Ecclesia & republica. Nam rempub: & Ecclesiam negligere, & totum tempus vitæ cantibus consumere in templis non laudo. Optarem sanè istud munus tantùm committi illis, qui iam confecti ætate, & exhausti laboribus in Ecclesia & Republica, otium iustè petunt. Siquidem alios seruire singulos suo loco Republicæ & Ecclesiæ par esse iudico. Qui autem prorsus ignavi sunt & imperiti, vt illorum opera non videatur utilis Ecclesiæ & Reipublicæ, viuant aliunde & non ex bonis Ecclesiasticis, vt fuci in alueario. His commendatum volo versiculum Phocylidis, εἰ δὲ ἕξ οὐ δαδάκη τεχνῶν, σκάπτου το δικέλλη. Si intra hos limites manserint choradi nostri, non improbandum est eorum studium. At si Monachorum & sacrificulorum sectantur superstitionem & impietatem, dico eos contra secundam Decalogi legem grauissimè impingere.

Et quicquid egeritis sermone aut facto, omnia in nomine domini Iesu facite.

I 5 Regu-



EPIST. PAULI

Regulam generalem omnibus dictis & factis nostris præscribit, Nimirum vt in nomine Domini Iesu faciamus omnia, quam regulam tum demum obseruabimus, si ab inuocatione nominis ipsius incipientes, omnia ipsius laudis & gloriæ destinamus.

Gratias agentes Deo & Patri per illum.

Hac gratiarum actione primum significat nullum laboribus nostris fore successum prosperum, nisi diuinitus iuuemur. Deinde monet, tum demum placere gratiarum actionem, vbi per Christum fiat, hoc est, quando ipso mediante agnoscimus Deum nobis benefacere. Præterea, vt vox Dei maiestatis diuinæ: Ita Patris vocabulum paterni fauoris nos admonebit. Vnde facultatem Deo ad iuuandum, & voluntatem promptam esse colligamus.

Vxores subditæ estote proprijs maritis.

Hic Oeconomiam personalibus seu particularibus præceptis instruit, de qua replu-

A  
replura peta  
& ad T  
conomia in  
tuis officijs.

Vt c

Argume  
gulam obed  
no, hoc est, iu  
enim contra  
endum est  
gratus De  
datum De  
& ex fide in  
mariti officij  
nem petet, si  
dignius tract

Marit  
fitis ama

Requir  
manitatem  
tionem & e  
pius marit  
a Deo dar  
ipsum, sed  
pius, vt Cl



AD COLOSS.

re plura petantur ad Ephes. 5. 6. 1. Pet. 2. & 3. & ad Tit. 2. Incipit autem à primo œconomix iugo, nempe à coniugum mutuis officijs.

Vt decet in Domino.

Argumentum ab honesto, & simul regulam obedientix præscribit. In Domino, hoc est, iuxta ordinationem Dei. Nihil enim contra Deum in vllius gratiam faciendum est. Subiectio ergo piæ foeminx gratus Deo cultus fit, quando ipsa mandatum Dei de subiectione sui meditatur, & ex fide in gloriam Dei, & in obsequium mariti officium facit. Hinc & consolationem petet, si quando à duriori marito indignius tractetur.

Mariti, diligite uxores, & ne sitis amari erga illas.

Requirit à maritis dilectionem & humanitatem, & prohibet duram conuersationem & asperam tractationem. Debet. n. pius maritus cogitare, quòd mulier sit sibi à Deo data, non vt sit scabellum pedum ipsius, sed potius *βοηθός ἡρέσ εως καὶ οἰκονομίας*, vt Clemens loquitur.

Libert



EPIST. PAULI

**Liberi obedite parentibus in omnibus.**

Obedientia liberorum erga parentes & promptitudinem animi, & alacritatem in exequendis iussis parentum complectitur, & est pars honoris, quem postulat quartum præceptum, quo honore omne genus pietatis filiorum erga parentes intelligitur. Porro, cum Apostolus addit, In omnibus, intelligendum est de licitis tantum, ut particula Omnis distribuatur non totum genus, sed unam tantum speciem, quasi dicat, in omnibus licitis filij parentibus obtemperent, ut dura esse videantur, quæ parentes imperant. Nam si liberi parentibus obedientiam debent propter mandatum Dei, profecto obediendum non est, si quid contra Dominum impij parentes imperauerint. Verum laudandi sunt potius pij, qui recusant obedire parentibus in rebus impijs. Pie igitur & sancte fecit Catharina martyr, quæ potius ceruicem carnifici præbuit, quam ad iussum impij patris Christum negare voluit. Sic ergo liberorū obedientia erga parentes limitata, & non pugnet cum obedientia Deo debita.

Hoc

Hoc  
Argum  
enim facim  
parentibus,  
aut negocia  
quales, sed  
dum est.

Patre  
uestros,  
ant.

Liberi  
parentibus re  
let ingenua e  
ra, dura & m  
genii alioqu  
tant, & quali  
dantur.

Serui  
minis ca  
ad ocul  
hominil



AVLI

parentibus

orum erga parente  
mi, & alacritatem  
ntum completu  
quem postulat que  
honore omne gen  
parentes intelligit  
is addit, In omnibu  
e licitis tantum,  
ibuat non torumg  
n speciem, quab  
filij parentibus d  
esse videantur, q  
Nam si liberi par  
bent propter ma  
bediendum non  
num impij paren  
laudandi sunt p  
obedire parentib  
igitur & sancte fe  
tae potius ceruice  
m ad iussum imp  
e voluit, Sic ergo  
a parentes limita  
dientia Deo debita  
Ho

AD COLOSS.

Hoc enim placet Deo.

Argumentum ab honesto. Turpiter enim faciunt, qui præteritis & neglectis parentibus, alicui vitæ generi se dedunt, aut negocia aggrediuntur. Non enim quales, sed quòd parentes sint, spectandum est.

Patres, ne prouocetis liberos uestros, ut non pusillo animo fiant.

Liberalem tractationem liberorum à parentibus requirit. Plurimum enim valet ingenua educatio, cum contrà aspera, dura & morosa sæpissimè facit, ut ingenui alioqui pueri animos magis demittant, & quasi languidiores & socordes reddantur.

Serui, obedite per omnia dominis carnalibus, non obsequijs ad oculum exhibitis, tanquam hominibus placentes, sed in simplicitate





EPIST. PAULI  
plicitate cordis, timētes Deum,  
& quicquid feceritis, ex animo  
facite, tanquam Domino, non  
hominibus.

Prolixius Christianos seruos instruit  
Apostolus, vt sciant suum ministerium,  
modo ritè fiat, Christo gratissimum cul-  
tum esse. Habet autem hæc instructio  
plures partes.

Primo loco requirit obedientiam er-  
ga terrenos dominos, videlicet vt in om-  
nibus, scilicet licitis per legem Dei & natu-  
ræ obediant carnalibus dominis.

Secundò, vult abesse ὀφθαλμοδεί-  
αμ, hoc est, obsequium ad oculum exhibi-  
tum, hoc est, vult Christianos seruos visita-  
ta seruorum vitia fugere. Solent enim ab-  
sentibus dominis negligentiores esse. Vn-  
de nata sunt hæc dicta, Prodigium seruus  
grande fidelis erit. Oculus domini pascit  
equum. εἰς ὅσι δ' ἄλλοι οἰκίας ὁ δεσπότης.

Tertiò, requirit simplicitatem cor-  
dis, qua nequitia, panurgia seruilis, con-  
tumax

A  
tumax rebel  
expellitur.

Quartò,  
enim facit, v  
carnales respi  
qui obedient  
suo mandate  
contumaciter  
bus, Breuiter  
ris effector e  
qui ex fide

Quin  
bit seruis, i  
obtempera  
serui seruam  
suis dominis  
Dei. Sunt e  
cultus spiritu  
tillimus, mo  
solationem  
suis domini

Scien  
recipiet  
ditatis.

Sicut



AD COLOSS.

tumax rebellio, & responsatrix audacia  
expellitur.

Quartò, postulat timorem Dei. Hic enim facit, vt serui non tam ad dominos carnales respiciant, quàm ad Deum ipsum, qui obedientiam seruorum erga dominos suo mandato requirit, & minatur pœnam contumaciter se suis dominis opponentibus. Breuiter, Timor Dei omnis boni operis effector est. Loquor autem de timore, qui ex fide nascitur.

Quintò, regulam obedientiæ præscribit seruis, nimirum, vt serui suis dominis obtemperent, tanquam Christo, hoc est, serui statuunt se Christo obedire, quando suis dominis obediunt, iuxta mandatum Dei. Sunt ergo seruilia seruorum opera cultus spiritualis, Deo per Christum gratissimus, modo fides præluceat. Hinc consolationem pñ serui, quando indignius à suis dominis tractentur, petant.

Scientes, quòd à Domino recipietis retributionem hæreditatis.

Sicut omnis obedientia ex fide præstita, ha-



EPIST. PAULI

ta, habet promissionem mercedis: Ita & obedientia erga dominos carnales. Quare rursus erigit seruos grauiori pressos seruitute.

**Domino enim Christo seruitis.**

Ratio, cur mercede dignatur Dominus obedientiam homini præstitam. Christus enim Dominus inde glorificatur, Ideoque sibi præstari obedientiam affirmat.

**Nam qui iniuste egerit, mercedem reportabit suæ iniquitatis.**

Prolepsis est, qua anteuertit seruorum obiectionem de iniusto domino, an non tum liceat detrectare imperium, aut etiam se vlcisci, cum Domini ipsi iniquius agant cum famulis suis. Respondet Domino vindictam relinquendam esse.

**Et non est personarum acceptio.**

Hoc

A D  
Hoc est, I  
hominis exterr  
nali flectitur, se  
inspicit & renes  
mo videt ea, qu  
cordium scruta

Domini  
æquum, ser  
quod & u  
in cœlis.

Analogu  
ga seruos requi  
ficiam officio  
quod iusticia di  
rum, quia inter  
potestatis in se  
eos, vi memin  
habere, qui &  
nire eos, q

C  
QV



AVLI

m mercedis: la  
inos carnales. Q  
s grauiori pressos

im Christo

cede dignatur Do  
n homini præstari  
minus inde glori  
præstari obediem

iuste egerit, m  
dit suæ iniqui

ia anteuertit seruo  
lto domino, an  
e imperium, aut  
ini ipsi iniquius q  
Respondet Dom  
dam esse.

ersonarum ac

## AD COLOSS.

Hoc est, Deus non considerat faciem hominis externam, nec conditione personali flectitur, sed secundum cor, vt qui cor inspicit & renes scrutatur, iudicat. Nam homo videt ea, quæ patent, Deus autem solus cordium scrutator est.

Domini, quod iustum est & æquum, seruis præstate, scientes quòd & uos Dominum habetis in cœlis.

Analogum officium dominorum erga seruos requirit. Iustum enim est, vt officium officio ex æquo respondeat, id quod iusticia distributiua requirit. Verum, quia interdum domini limites suæ potestatis in seruos transiliunt, admonet eos, vt meminerint se Dominum in cœlis habere, qui & seruos respicit, & potest punire eos, qui duriores se seruis suis exhibent.

## CAPVT QUARTVM.

K SVM-



EPIST. PAULI  
SUMMA CAPITIS  
QUARTI.

**O**randum semper cum gratiarum  
actione, cautè ambulandum & pru-  
denter loquendum.

ORDO ET PARTES CA-  
PITIS QUARTI.

**P**rimo loco generalia præcepta tradit  
de precatone, conuersione & sermone,  
Deinde monet de suo statu, quem cogno-  
scunt ex Tychico, quem commendat. Tum  
sequuntur salutationes & commendatio-  
nes quorundam ministrorum Euangelij.

EXEGESIS CAPITIS  
QUARTI, CVM OBSER-  
uatione doctrinarum.

**O**rationi instate, uigilantes  
in ea, cum gratiarum actione.

**R**edit ad generales paræneses, ac pri-  
mum commendat Colossensibus ora-  
tionem, præcipuum fidei exercitium. In  
hac autem duo requirit, perseverantiam  
seu

AD  
seu infantiam  
rum actione, ut  
digenz nostram  
dum est, semper  
est petendum,  
mit, quod est de  
monemur de p  
est ad iuuandu  
nescis perpetu  
denda. Huc p  
Vigilate & or  
horoscopis, r  
nis vaticinijs  
culus nostram  
iussit orare &  
promisit se inuo

Orantes  
ut Deus a  
sermonis  
rium Chr  
uinctus si  
lud, qu  
me loqu  
Petit p



PAVLI

CAPITIS  
ARTI.

per cum gratia  
ambulandum &

PARTES  
QUARTI.

neralia præcepta  
conuersione & sem  
suo statu, quem co  
uem commendat  
ones & commenda  
nistrorum Euang

SCAPI  
CVM OBSE  
doctrinarum.

instate, uigila  
tiarum action

ales paræneses, a  
dat Colossensibus  
n fidei exercitiu  
quirit, persevera

AD COLOSS.

seu instantiam & vigilantiam cum gratiarum actione, unde monemur Primum indigentia nostræ. Si enim perpetuò orandum est, semper nobis aliquid deest, quod est petendum, semperq; nos aliquid premit, quod est deprecandum. Deinde admonemur de præsentia Dei, qui paratus est ad iuuandum. Nam pro acceptis beneficijs perpetuò gratiarum actio est reddenda. Huc pertinet admonitio Domini: **Vigilate & orate.** Proinde neq; astris, neq; horoscopis, neq; chiromantijs aut alijs vanis vaticinijs nitamur, sed sit oratio pia baculus noster in Domino, qui non solum iussit orare & petere salutaria, sed etiam promisit se inuocantes exauditurum.

Orantes simul & pro nobis, ut Deus aperiat nobis ianuam sermonis ad loquendum mysterium Christi ( cuius etiam causa uinctus sum ) ut manifestem illud, quemadmodum oportet me loqui.

Petit pro se quoq; preces fieri, unde  
K 2 duo



EPIST. PAULI

duo colligenda sunt. Primum, neminem ita donis ornatum esse ad functionem Evangelij, quin piorum precibus indigeat, Nam si Paulus ab ipso Christo immediate doctus, & vocatus ad Evangelij munus, in precibus piorum situm felicem Evangelij cursum existimat, quanto magis nos precibus piorum indigemus? Deinde momentur auditores Evangelij, sui officij esse pro fidelibus ministris orare, quò fructum ferat verbi diuini prædicatio. Porro, Ianuam sermonis vocat παρρησία liberè & audacter prædicandi Evangelium, quod mysterium definit, propterea quod rationi incognitum, diuinitus per Christum manifestatum est in salutem credentium.

Sapienter ambulate erga extraneos.

Hæc ὑπόθεσις monet non contemnendos esse eos, qui nondum fidem Christianam amplexi sunt. Hos, n. extraneos, utpote alienos adhuc à regno Christi & familia Dei, appellat. Sapienter ambulare est, non solum cauere, ne conuersatione ponamus ijs offendiculum, quò minus ad Christum veni-

A D  
veriant, sed etiam  
rum sceleribus i  
res imitemur.

Temp

Tempus re  
est magnificere  
danur, aut pere  
oto tempore l  
di occasione  
tales ipsos hæc  
cio, cariora n  
operam, ut ca  
nobis abusu pe  
dimere est illud  
illius portio ma  
itaq, ne sinam  
pulumum secu  
probemus por  
to, quid Deo

Serme  
tia sit sal  
quomod  
responde



PAULI

AD COLOSS.

veniant, sed etiam operam dare, ne ipsorum sceleribus infecti, impuros eorum mores imitemur.

Tempus redimentes.

Tempus redimere metalepsi hebraica est magnificere tempus & cauere ne perdat, aut pereat nobis inutiliter, hoc est, toto tempore bene uti, nec vllā rectè agendi occasionem prætermittere. Ratio metalepsios hæc est. Quæ enim dato precio, cariora nobis esse solent, Ideoq; damus operam, vt ea diligentius seruentur, & ne nobis abusu pereant. Proinde tempus redimere est illud in precio habere, ne qua illius portio malè collocetur. Monemur itaq; ne sinamus nos corrumpi per corruptissimum seculum, in quo agimus, sed probemus potius omni temporis momento, quid Deo gratum, nobisq; sit salutare.

Sermo uester semper in gratia sit sale conditus, ut sciatis quomodo oporteat uos unicuiq; respondere.

K 3 Iam



EPIST. PAULI

Iam sermonem format, in quo gratiam & salem requirit. Gratiam quidem, ne dicacitate aut ineptijs auditoribus sumus molesti. Salem verò, quò prudenter & sapienter ea perferamus, quæ ad ædificationem faciunt. Nam omnis sermo insulfus est habendus, qui ad ædificationem nihil facit. Est autem metaphora sumta ab usu salis, vt enim in omnibus cibis Sal vice condimenti adhibetur, vt auuiditatem inuitet: Ita sermonis quædam suauitas est adhibenda, quò gratior fiat auditoribus, auuidius audiatur, atq; etiam maiori fructu percipiatur. Qui autem huiusmodi sermoni studuerit, consequetur & hunc fructum, quòd interrogatus ab alijs, prudenter & cum discretione respondeat.

Res meas omnes patefaciet uobis Tychicus, dilectus frater & fidus minister & conseruus in Domino.

Iam more sua familiaria quædam subiicit, ac primum per Tychicum eos cognoscituros suum statum admonet. Huius  
com-

AD  
commendatione, à fide in officij digni narranti fidem Tychicum firmi lollentes. Præctum, vt verbi cem honores d commendabil etrix, vitæ etam,

Quem  
ipsum, ut  
strum, & c  
stra, unâ c  
dilecto fra  
de omnib  
quæ hîc a

Finis le  
cognoscat  
Iellentes co  
ne turbent  
ctoris, Ve  
Græcos, V



PAULI

AD COLOSS.

commendationem à religionis professione, à fide in officio præstita, & à communis officij dignitate interferit, cum ut ei narranti fidem adhibeant, tum ut ipsum Tychicum similesq; in precio habeant Colossenses. Præterea monet hoc Pauli factum, ut verbi diuini præcones sibi inuicem honores deferant, & reddant se mutuo commendabiles alijs, modo puritas doctrinæ, vitæ innocentiam habeat adiunctam.

Quem misi ad uos in hoc ipsum, ut cognoscat statum uestrum, & consoletur corda uestra, unà cum Onesimo fido & dilecto fratre, qui est ex uobis, de omnibus uobis exponens, quæ hîc agantur.

Finis legationis Tychici duplex, ut cognoscat statum Colossensium, utq; Colossenses consoletur per sanam doctrinam, ne turbentur cruce & persecutione sui doctoris. Verum hîc duplex lectio est apud Græcos, Vt *ἵνα γινῶ τὰ περὶ ὑμῶν*, id est, ut

K 4 cogno-



EPIST. PAULI

cognoscat statum vestrum. Altera, ἵνα γινώσ-  
τε τὰ πρὸς ἡμῶν, id est, vt cognoscatis no-  
strum statum. Hanc posteriorem lectio-  
nem Robertus Stephanus annotauit esse  
vndecimi exemplaris inter illa 16. quæ ha-  
buit, dum impressit nouum testamentum,

Salutat uos Aristarchus con-  
captiuus meus, & Marcus con-  
sobrinus Barnabæ, de quo acce-  
pistis mandata, si uenerit ad uos,  
excipite eum, Iesus, qui uocatur  
iustus, qui sunt ex Circumcisio-  
ne, hi soli sunt cooperarij ad re-  
gnum Dei, qui fuere mihi solat-  
io.

Suo more salutationibus claudit Epi-  
stolam, & paucos ex Iudæis fideles in mi-  
nisterio recitat, vnde apparet quantis per-  
secutionum procellis fuerit Paulus iacta-  
tus Romæ, quòd ab eo pleriq; deficerent  
fracti persecutionibus, quod exemplum  
nos quoq; admonet constantiæ & perse-  
uerantiæ in doctrina. Est enim laude di-  
gnum

AD  
gnum potius p  
multorum m  
Porò, coopera  
pracones veri  
testamenti, per  
mum quidem  
intratur,

Salutat  
uobis est f  
anxiè labo  
cationibu  
omni uol

Hic duo ca  
ris officium esse  
ditores erudire,  
ardentissimis v  
mendare, vt i  
zantibus & a  
perfectio Ch  
pletum in o  
autem esse c  
cui hoc vni  
ceat, suamq;  
tatem form  
sunt,



AD COLOSS.

gnum potius paucos imitari bonos, quàm multorum malorum sectari malitiam. Porro, cooperarij in regnum Dei dicuntur præcones verbi, quia sunt ministri noui testamenti, per quod in regnum Dei primum quidem gratiæ, deinde etiam gloriæ intratur.

Salutat uos Epaphras, qui ex uobis est seruus Christi, semper anxie laborans pro uobis in præcationibus, ut stetis perfecti in omni uoluntate Dei.

Hic duo obseruemus. Primum, pastoris officium esse, non solum præsentibus audire, verum etiam absentibus suis ardentissimis votis & precibus Deo commendare, ut ipse det virtutem Euangelizantibus & audientibus. Deinde quæ sit perfectio Christiana, nimirum esse completum in omni uoluntate Dei. Dicitur autem esse completus in uoluntate Dei, cui hoc unicum studium est, ut Deo placeat, suamque uitam totam ad ipsius uoluntatem formet. Sed de hac supra plura dicta sunt.

K 5 Testi-



EPIST. PAULI

Testimonium enim illi perhibeo, quòd habeat multum studij pro uobis, & his, qui sunt Laodiceæ, & his qui Hierapoli.

Confirmat Epaphræ studium & zelum pium erga Colossenses, Idem non frustra, sed ut animos Colossensium & Epaphræ arctius coniungat. Nisi enim ministri Euangelij & auditores se mutuò honesto ac pio zelo complexi fuerint, parum profuerit docentium labor. Dent igitur operam pñ verbi ministri, ut sine hypocrisi, ac doctrinæ corruptione sibi animos auditorum concilient veris officijs. Quamuis autem pijs ministris verbi perpetuum erit certamen cum sceleratis nebulonibus, qui potius excrementorum loco habendi sunt, quàm pro membris Christi: Tamen bonos & pios sibi exemplo Pauli ac Epaphræ conciliare studebunt.

Salutat uos Lucas medicus dilectus.

Ex hoc loco apparet Lucam non Iudæum, sed potius Græcum fuisse, nam supra

A  
præter tantu  
rios in regnu  
Eliç hic Luc  
gelicam histo  
perpetuus cor  
bus relinquer  
na humana i  
gant verbi co  
Euangelij no  
in precio hal  
ligionis, fra

Hic De  
delicit à Pa  
Vnde collige  
posse stare cu

Saluta  
diceæ &  
in dome

Ab h  
lias, Eccle  
erigere, in  
clia Chr  
Est autem



AD COLOSS.

præ tres tantum de circumcissione coopera-  
rios in regnum Dei sibi adfuisse memorat.  
Estq; hic Lucas medicus, qui scripsit Euan-  
gelicam historiam & Acta Apostolica. Hic  
perpetuus comes Pauli fuit, medicis omni-  
bus relinquens exemplum, vt cum doctri-  
na humanæ incolumitati salutari, coniun-  
gant verbi cœlestis amorem, ac ministros  
Euangelij non contemnant, sed cum Luca  
in precio habeant, ne à vera professione re-  
ligionis, fracti persecutionibus deficiant.

Et Demas.

Hic Demas, vt habetur 2. ad Tim: 4.  
defecit à Paulo, amans præsens seculum.  
Vnde collige, amorem presentis seculi non  
posse stare cum ministerio Euangelico.

Salutate fratres, qui sunt Lao-  
diceæ & Nympham, & quæ est  
in domo ipsius Ecclesiam.

Ab hoc Nympha discant patresfam-  
lias, Ecclesias particulares in suis familijs  
erigere, in quibus puritas & honestas Ec-  
clesia Christi catholica dignæ inueniantur.  
Est autem hîc Nymphas seu Nympha vi-  
ri no-



EPIST. PAULI

ri nomen, non mulieris, quod conuincit relatiuum masculinum &υτ&.

Et cum lecta fuerit apud uos Epistola, facite ut etiam in Laodicensium Ecclesia recitetur.

Hic Paulus ostendit, se non tantum uoluisse, ut suae Epistolae seruirent his, quibus sunt primum scriptae, uerum etiam ut alijs essent usui, Vnde quoties Pauli aut aliorum sanctorum uirorum scripta legimus, meminerimus ea nobis quoque destinata esse, ut inde salutis doctrinam communem, & salutare admonitiones hauriamus.

Et eam, quae ex Laodicea, ut uos quoque legatis.

Nec ueteres nec recentiores hic inter se interpretes conueniunt. Quidam enim existimant Epistolam, cuius hic meminit Paulus, Laodicensis a Paulo fuisse scriptam, quorum opinio parum firma esse uidetur. Alij putant a quodam pastore Laodicensium esse scriptam ad Paulum, quae quidem opinio uerisimilior est quam prior.

Alij

A D  
Alij de Epistol  
tam intelligunt  
quidem illa cu  
ciuitate eiusde  
scripta, haec poi  
est.

Et dicitur  
ministerium,  
mino, ut i

Publice  
Euangelij mi  
cio. Vnde dicitur  
auctoritatem ad  
fiores, quoties a  
ri uideatur,

Salutat

Chirogr  
se scriptam te

Mem  
meorum

Hoc dicitur  
detur. Prin



AD COLOSS.

Alij de Epistola piore ad Timotheum scriptam intelligunt, quæ fuit ex Laodicea, non quidem illa cuius hic meminit, sed ex alia ciuitate eiusdem nominis ad Timotheum scripta, hæc postrema opinio Theophilacti est.

Et dicite Archippo, uide ministerium, quod accepisti in Domino, ut illud compleas.

Publicè admoneri vult quendam ex Euangelij ministris, fortè cessantem in officio. Vnde discimus, quòd Ecclesia habeat autoritatem admonendi parochos seu pastores, quoties admonitio necessariò requiri videatur.

Salutatio mea manu Pauli.

Chirographo suo hanc Epistolam à se scriptam testatur, ne de autore dubitent.

Mementote uinculorum meorum.

Hoc duabus de causis adiectum videtur. Primum, ut ipsius exemplo Colossens-



EPIST. PAULI

iossenses animarentur ad persecutiones ferendas. Deinde, vt suis precibus ipsum Deo commendarent, quò persecutionum finis fieret magis gloriosus.

Gratia uobiscum,  
Amen.

Finis principio respondet. Vt enim à voto incepit Apostolus: ita voto claudit Epistolam, vt omnia gratiæ & gratuitæ misericordiæ accepta feramus.

FINIS.



WITEBERGÆ

EXCVDEBAT IOHANNES  
CRATO.

ANNO M. D. LXVI.



AVLI

ad persecutiones  
suis precibus ipsi  
quò persecutionem  
iosus.

obiscum,  
nen.

respondet. Vt  
olus: ita voto di  
via gratia & gra  
a feramus.

NI S.



BERGÆ

T IOHANI  
ATO.

M. D. LXVI



COM  
IN VT  
EPIST C  
LI AD  
CENSE

NICOLA



WIT  
EXCVD

ANNO

LN 820  
ex 3